

1666

1666

1666

1666

1666

1666

1666

1666

1666

1666

1666

1666

1666

1666


M-5





*comijas
manuscr. fr.*


Ex Biblioteca Petcorbiae

237









Bs 7a 11644

DE
LEGITIMA
PASTORVM ECCLE-
SIÆ VOCATIONE,



*Assertio Theologica duobus
libris.*

Authore ISAACO A TILIA Ecclesie
Reformatæ, quæ Millau est apud
Ruthenenses Pastore le-
gitimo.



Anno M. DC. VIII.

卷之六

JAMITIDE



REVERENDO SENI,
ET PROBATISSIMO EC-
clesiæ Geneuensis Pastori, D.
Simoni Golartio Siluanectino,
Gratia & pax à Domino.

Hortamentorum tuo-
rum crebra illa, &
paterna (vir obser-
uadissime) inculcatio,
audendi in Theolo-
gicis aliquid, calamum nostrum haud
minimum incitabat, iam iamqz de tanti
viri repetitis hortationibus benè omina-
tus, aggrediendo operi securus accinge-
batur: quando rem ipsam comminus
adorsum, & tantam Theologici pelagi
profunditatem, agrique dominici sege-

A ij

tem conspicatum; protinus stupor inuasit, & doctissimorum ac piissimorum tot tantorumque operariorum obuersantibus, priscis, nouisque laboribus, totum à cæpto infirmitatis conscientia propè deterritura fuit. Quid enim ego modicæ memoriae homo, ad sagacissimam illorum addiderim solertiam, quos nulla quantumcunque versipellis latuit hæreticorum protervia? Quid ad compactissimam tot scripturarum fundamentis, rationumque neruis soliditatem illorum roboris attulerim, quos nec de ipsis inferni portis eductæ vel minimum commouere machinæ? Quid denique ad indefessam, & tot voluminum pilis contestatam illorum sedulitatem & diligentiam, otiosa nimis & laboris impatiens occupatio adiecerit nostra? Audaciā omnino præ se ferat huiusmodi aggressio: sed & contumaciam vicissim tua arguat inculcatio. Otium itaq; magis

gis an negotium eligerem mihi aliquan-
 diu fuit in incerto. Hic porrò plenitudi-
 nem illam Scripturarum, quam ultrò
 cum grauiissimo illo Septimio Tertullia-
 no adoro, consultans; ab ancipiti anxie-
 tate istâ mens subinde liberatur. Cau-
 tum siquidem Mosaica Lege didici,
 Ne quis è Israelitis quum meteret Leuit. 19.
2, & 23. 22.
 messem terræ suæ, prorsus deme-
 teret latus agri sui, neque spicile-
 gium messis suæ faceret, ipsi scili-
 cet pauperi & peregrino relicturus
 ista. Pauperem me profectò haud inui-
 tus hic agnoui, Peregrinumque adeò ad
 tantos messis dominicæ operarios vix
 potui diffiteri. Verum enim uero cùm di-
 uinorum oraculorum non minus obser-
 uatores, quam doctores fuisse illos per-
 suasum haberem: Legis memores, iuxta
 istiusmodi præceptum, intactam partem
 aliquam, nobis pauperioribus demeten-
 dam reliquise sum ratus. Vnde eō me-

ipsum hoc suasu erigens , firmiori vultu
tanti agri oras repetere , labores circum-
lustrare , stantésque ad neglectos agri
terminos , vel ad detonsas priùs plagas
iacentes temerè spicas , in manipulum
legere , audaciūsculè aggredior : primi-
tias frugum aliquas aris Ecclesiae tan-
dem impositurus : ne scilicet à priuilegiis
templi , ceu non verus Israelita , seu pe-
nitus ασύμβολος eliminarer . Ecce autem
ad agri ipsius latus spicilegium unde fa-
cerem legitima occurrit Pastorum Ec-
clesiae Vocatio , quā utique profundioris
Theologiae quasi sepiuntur ora : per hanc
nempe primus penitioris agri patet ady-
tus , & ad cognitionis Dei segetem legi-
timis nihil magis obuium Pastoribus :
nec enim fides sine auditu , nec auditus
sine prædicante , nec prædicans sine Vo-
catione . Cæterum istam priscis doctori-
bus retrò vix delibatam , per singulas
partes retractare , conditio præsentium

tem-

temporum maximè adegit. Quos enim
 Spiritu oris Domini, de iactabundâ fidei
 possessione, posterioribus hisce tempori-
 bus inualescens, pepulit reformatio; ad
 hasce oras redactos, totam exinde sibi
 defendere de manipulo messem, & de
 termino, a grè tulerim, possessionē. Prin-
 cipium quippe fidei in Ordinibus suis
 collocare, noua Iesuitarum aggreditur
 Theologia: valuam scilicet pro ædificij
 basibus, adytum pro fundamento, pal-
 mitem pro radicibus, vocem denique
 pro ipsa hominis ratiocinatione commi-
 nisci, Iesuitici principium acuminis. Quo
 & maior arguendi facta nobis neceſsi-
 tas; ut si quando ab his extremitatibus
 cesserint pulsi, toto tandem Dominico a-
 gro extorrem, Antichristianam illam
 gentem, vera gaudeat prospicere Eccle-
 sia. Qualem utique in exitum, falcam
 nostram hac magis parte in messem im-
 mittimus: tibiique probatissimo Ecclesiae

Pastori qualemcunque istum ad utilitatem Ecclesiae op̄b meum, ultrò do, dico consecrōrem sacram, viro sacro; ut qualem qualem, te authore, ediderit calamus noster paraturam; ipse suscipere, & quo me amplecteris amore paterno recensere, fouere, frequentiaq; adeo exhibere digneris. Te verò ingrauescentibus iam senio annis, firmum: & assiduis SSanti Ministerij laboribus, indefessum: edificandæ denique Ecclesiae, usque, & usque longæuum: Deus Optimus maximus ut seruet, votis omnibus orare non definit, Millauj Ruthenorum

Tui obseruantissimus
ISAACVS A TILIA.

P 10

iii A



PIO LECTORI. S.

Firmissima, Dignissima, & Vniuersalissima, Sapienti omni, & scire cupienti, ista sunt axioma-
 ta: A primo omnia; Ad finem omnia; Per ordinem omnia; A pri-
 mo per ordinem, perueniendo ad
 finem, assequi omnia perfectio-
 nem. Perfectio rerum omnium
 quies. Ordo perfectionis sola &
 ineuitabilis via. Quotquot sapien-
 tiæ legitimi amatores, ordinis to-
 tidem diligètissimi obseruatores.
 Ordine ergo nihil quicquam sa-
 pere volenti magis necessarium.

Ordinatissimum porrò & sapientissimè dispositum vniuersitatis continet natura ordinem. Hunc si cui plenè datū fuerit assequi, tum & primum, & finem beatamque ipsam aggressum esse confirmamus perfectionem. Verum enim uero cùm inordinati ad ordinatū nulla sit proportio, nec inordinatum quicquam magis, quam hominis animum, rerum vniuersitas habeat: vniuersitatis certè ordinem, nec probè indagari, nec de illo perfectionem aliquam obtinere, homini fit potestas. Immo quem certam consummationis, & fœlicitatis naturalem viam, optimus conditor in creatione cōcesserat, inaccessibilem sibi, & impiο suo atque inordinato lapsu incomprehensibilem, homo fecit, ordinem: miser exinde, & fœlicitate o-

te omni extorris, suppliciisq; adeò
exorbitationi tantæ debitæ, in æ-
ternum deuouendus. Ceterū ne
istum hominem , Angelis paulò
inferiorem, terrenis omnibus su-
periorem, mundi rectorem, vni-
uersitatis epitomen, imaginis e-
tiam diuinæ participem ; vel fru-
stra formasse, vel formatum curâ
paternâ destituisse, Creator optimus
videretur : quem luminibus
captum, viribus priuatum, pecca-
tis saucium aduertit, miserum mi-
serus, misericorditer liberandum
voluit ac decreuit. Hic verò non
naturali iam, vt pote debiliori, ve-
rūm supernaturali, diuino, & sa-
pientissimè misericordi Ordine,
perfectionis viam homini in Filio
suo destinauit, & bino suo cognos-
cendam Testamento propalauit.
Quoniam porrò nec ad diuina fa-

cilè animalis homuncio assurgat,
 nec aperta quantumuis Dei fœ-
 dera, caligans adeò fœdifragus af-
 fequatur: non illum modò prima-
 rium, & summum reparationis hu-
 manæ in Iesu Christo Filio suo
 constituit ordinem: verùm subal-
 terna duo, deiectum istum homi-
 nem sensim ad Christum erectu-
 ra, media disposuit: & duplii con-
 stitutum hominem parte, bino e-
 uehédum adminiculo ordinavit:
 vt nempe, qui spirituali animâ vi-
 ueret, & sensibili corpore incede-
 ret, Spirituali item afflante Dei
 Spiritu, in Christi seruatoris fidé,
 intus animaretur; & afficiente sen-
 sus ipsos vocatorum prædicatio-
 ne, externè institueretur, ac diri-
 geretur. *Quomodo enim ei credent de*
quo nō audierint? & quomodo audiant
absque prædicante? Prædicatio itaq;
 iam

iam hinc ad fidem necessariò ordinata: sed nec prædicatio absque prædicante, nec prædicet quisquā sine Vocatione & Ordine: *Quomo-*<sup>Rom.10.
15.</sup>
do enim prædicabunt nisi missi fuerint?
 Prædicationis itaque, & ad prædicationem Vocationis ; dirigendo in fidem , & eam quæ per Christū est Perfectionem , à Deo necessarius Ordo. Sic nempe cùm ille ipse qui recta restaurationis , & perfectionis humanæ via & veritas à Patre est ordinatus , Sicut descendērat, ita etiam ascendisset longè suprà omnēs cœlos , ut impleret omnia : dedit ipse alios quidem Apostolos , alios verò Prophetas , alios autem Euangelistas , alios autem Pastores & Doctores . Ad coagmentationem Sanctorum , ad opus Ministerij , ad ædificationem corporis Christi : donec euadamus in unitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum

perfectum, ad mensuram staturæ adulti Christi. Hic Ordo ille est, cuius deprauatam multis, & oppugnatam veritatem asserere, hocce tempestatis pernecessarium nobis visum est. Hic docentis fidei personans lingua: corrigentis disciplinæ vigilans oculus, ædificij Ecclesiæ patens porta. Nec secus quam hominem ad obtutum agnitus, non rationem modo, sed & membris dispositum, & corporeis effigiatū lineamentis poscas humanis, monstrū aliâs non hominem integrum dicturus: ita nec visibilem, citrā externi à Christo instituti ordinis obseruationem, integrè satis disponat, sola fidei veritas, Ecclesiā. Immo quâ ratione illam quæ veritate reiectâ, & fide adulteratâ, vnicū ordinem in externis iactat; nec verè, nec in substantiâ, sed in

cor-

cortice, in laruâ, imaginariam demum Ecclesiam censes: Ita quam aspectabili Ordinis professione neglectâ, & vocationis autoritate profligatâ; de præsumpta vnius fidei puritate gloriari videoas, nec de fide satis statuito audiendam. Tanta scilicet obseruandi huius ordinis aspectabili incumbit Ecclesiæ necessitas. Vicimus ergo, inquit Papatus, Pompaticum ordinem suum hierarchicis gradibus distributum obiectâs: integra quippe hoc titulo sibi vindicatura nomen Ecclesiæ, & Reformatæ, opinor, de Cathedra suâ præscriptura vocationi. Prouocavit, profectò enormis illa perseverantiam possessionis, contra apertam ex Dei verbo Reformationem, sibi defendétis, Papisticæ ~~consensu~~ audacia: incitauit & lacessitę necessa-

ria defensio veritatis. Officij quippe propugnationē suscepisse me oportuit mei, ut quam integrā & Romanā pollutioni ereptam, pristināque puritati redditam, ipse geram vocationem : tueri me meam non recusem. Sed & si *ipse* quicunque testis, siue viderit, siue cognoverit vocem blasphemiae, blasphemantis feret iniquitatem, si non indicet: Quanto magis, & quam pollutā video, & magna in Christum loquenter, ac blasphemantem, horreo, Babilonicam illam Antichristianam hierarchiam explodere non recusem? Doctiore fateor, & nostro locupletiore digna res calamō: cui tamē, vel animantibus ipsi natura permīssam, etiam condonatam iniuriæ spero audaculā istam propulsionem. Quid enim & Christo, & legitimis seruis eius, inter-

interpolationibus, & Romanensis
ordinis purulentis iniurium ma-
gis? quibus parui adeò ordinariæ
habeatur diuexatio vocationis;
vt & ipsam, procul ab omniū ho-
minum dispositione positam, o-
bliteratam velint Extraordinariā
vocationem. Omnia quippe pe-
nes se, suūmque Ordinem vt habe-
rent, & Pōtificis sui primatui sum-
mum Ius vindicarent, Reforma-
tionique omni simul & semel prē-
scriberent; Deo & Christo eius,
extra ordinem vocandi, contra A-
postolicas prophetias, intercepta
facultas. Nempe, si omnis Extraor-
dinarię præclusa est via vocationi,
ordinaria sanè vna supersit: quam
& suam esse, quæ vna sit, & à pri-
mordio per successionem apud se
traducem confluxerit: Hanc, in-
quam, nec defectione aliquâ ma-

culari, nec si maculatam dicas, emendari fas sit; quæ scilicet, nec de morbi sui grauitate, sufficiens sibi ipsi medicina sit, nec de Extraordinariâ Vocatione negatâ, extraordinariam restorationem accipere possit. Denique male adeò Christum Ecclesiæ suæ Catholicae, eiùsque Ordini nequaquam voluisse consultum, ut labefactari aliquando, iusta pœna, & veridicis prophetiis constituerit: immo totam, vel inuitis prædictionibus Euangelicis, Catholico vicario suo, pro infallibilitatis qua pollet prærogatiua, disponendam, ornandam, incorruptibiliterque formandam, concredidisse. En quæm integrum, ac perennem, de Extraordinariæ negatione, obtineat Papatus Vocationem. Sic &, de inficiatione Resurrectionis, terribilem iudicij

iudicij Saducæorū reiiciebat diem
hæretis. Verùm abundè tibi voca-
tionis Extraordinariæ necessitatē,
& priscis, nouisque temporibus,
manifestatam illius veritatem, Af-
fertio nostra suo loco est exhibi-
tura: hoc triste magis, quod Chri-
sto negatam, Papæ suo vindicatā,
proferre non erubescit Extraordi-
nariæ vocationis Romanitas, au-
thoritatem. Ecce enim, Authoritate Stapler.
Relect. de
& mandato Romanæ Sedis, vel certe Principiis
fidei Cō-
(inquit Stapletonus) in eius commu- trouersia
nione, Dionysius Areopagita, Fugatius 1. Quæst.
& Damianus, S. Augustinus, S. Fru- 5. artic. 3.
mentius, Moyses monachus, Palladius, probatio-
S. Bonifacius, VVillibrordus, Suibertus ne II.
& Marcellinus, Eligius, Rupertus, Bur-
chardus, Albertus Pragensis, aliique
plurimi Papatus Apostoli: Gallias, Bri-
tanniam, Angliam, Indiam interiorem,
Sarracenos, Scotiam, Germaniam, Fri-

siam, Hollandiam, VVestphaliā, Flandriam, Bauariam, Franciam orientalem, Hungariam, &c. ad fidem conuertūt. Ut si duodecim semel Christo missos, satis fuit: Vicario tamē, nec certus numerus, nec aliqua præscribat mittendi tempestas: népe Iudæā oriundi Euangelici illi Apostoli, remotarum istarū Gentium ignari, prædicationis ad omnes Gentes commissæ, omissionem, de ignorantia apud Dominum olim pretendant, & solertiorē Petri successorem, has partes suscepisse, sibique hoc zeli impendio succurrisse, pro officij sui rationibus exponat lātabundi. Porrò nec addictorum sibi Propheta-

Bellar. de Notis Eccles. lib. 4. cap. 15. rum Papæ copia deest: nam præter eos qui fuerunt primis quingentis annis à Christi aduentu, ut Agabum, & Gregorium Thaumaturgū, & Antonium, & Ab-

& Abbatem Iohannem, fuerunt etiam
 (referente Bellarmino) posterioribus
 seculis viri prophetæ, & quidem mo-
 nachi, ac Romano Pontifici addicti, S.
 Benedictus, S. Bernardus, & S. Fran-
 ciscus. Ne verò quatuor virgines
 Philippi filias, aliasve prophetare
 donans, solus in utroque sexu mit-
 tendi extra ordinem Christus fa-
 cultatem obtinere crederetur, Ca-
 tharinam quandam (papisticā haud
 dubio) ante ducentos annos prophe-
 tantem, libro primo de Sacramētis
 in genere cap. 25. idem Iesuita insi-
 nuat. Sufficiant itaque prisci illi
 nullo dein seculo remeabundi Ec-
 clesiæ Christianæ duodecim fun-
 datores; sileant & futurorum præ-
 nuncij à Christo doctores: Pote-
 statem tamen nouos subinde re-
 centioris doctrinæ suæ mittendi
 seruat Papa plantatores. Immo

Stapler.
Contr. i.
Quæst. s.
art. 3. pro-
bat. n.

verò nostrâ quoque, & patrum no-
strorum memoria, amplissimæ, & nu-
merosissimæ gentes, in utraque India
Orientali, & Occidentali, monachorum
& maximè presbyterorum societatis
Iesu operâ & labore, ad fidem Christi,
ex paganismo sunt conuersæ. Puto
gladiis dissectos, crucibus lacera-
tos, patibulis constrictos, hastis
tranfossos, viuicomburiis cōsum-
ptos, & per omne ingenium cru-
delitatis exhaustos ad tot miria-
das homines, sanguine proprio
initiatos, Papisticæ fidei milites
posteaquam deuouere: tum quos
metalla consumere reliquos non
valuerunt, deuoti succurrentes Ie-
suitici Apostoli, Romanensis Ec-
clesiæ Pontificem fidei taxatore,
& cœlestis exercitus summum in
terris rectorem agnoscendum, ro-
manecatholicè monuerūt. Indiis
siquidem

siquidem non aliter Papa, quām
 Iudæis Christus, ad trucidatorum
 vagitum innocentium, fuerat ori-
 turus. Cæterum Papæ istam non
 moramur vocationem: Papisticis
 immo rupices adeò & feros ho-
 mines expergeficiat beatus ille
 Iesuitis, *Francicus Xauerius*, apud Bellar. de
Notis Ec-
cle. lib. 4.
cap. 14.
 Indos Iesuita, miraculis. Ordina-
 rium magis vitiatum Pontificiis
 dolemus Christi ordinē; cui præ-
 ter larvam nihil reliquum super-
 esse res illorum satis supérque de-
 clarat. Ut enim de septenario illo,
 vel (de aliorum quodlibeto) no-
 uenario Papisticæ Hierarchiæ gra-
 du sileam (ordinem ipsum de luce
 ac Ministerio tanquam partibus
 integrantibus, in iis demum qui
 Pastoris perhibentur sustinere of-
 ficium, requisitus) Vix tamen,
 ac ne vix quidem, vnum aut alte-

rum apud immensam illam ordi-
 natorum Hierarchiam legitimi a-
 liquid obtinere deprehendas: quin
 plerosque omnes sine lute, & de
 solâ Prælati sui (quod aiunt) com-
 missione, siue licetiâ agere. Quos
 verò Iuris aliquid iactare fas est,
 administrationem suam planè ne-
 scire, de ipsâ illorum in obtutum
 incurrente ~~αριξη~~, sic accipe. Ecce
 verò (ne de habitus similitudine
 aut discrimine, æqualitatem aut
 disparitatem æstimes) quam lögâ
 adeò serie, omnis generis nomi-
 num, vestium, colorum, religio-
 num, graduum, & ordinum, Eth-
 nicâ simul, & Iudaicâ ~~καινοζηλια~~, va-
 riegatam multitudinem, quaqua-
 uersum de Papisticâ sentinâ sca-
 turientem, & Ecclesiæ regimen
 gestientem, obseruas: nō solis hæc
 cōstat Pastoribus turma: quin Cle-
 ricos

ricos quidem hinc, illinc verò ex
 Clericis & Laicis (ut loquuntur)
 cōpositos habet Monachos. Quo-
 rum isti, vel Monachatus solum
 profitentur votum, & toti hora-
 rum suarum (quod aiunt) officio
 mancipantur: nec de monachali
 illorum habitu vocationis quic-
 quam illis tribuendum: vel etiam
 Clericorum personam aliquam
 imitantur: quæ quoniam Presby-
 terorum maximè est, cum Clericis
 Presbyteris defectionis suæ cen-
 suram postmodum communica-
 bit. Clericorum porrò Ordo, *vel*
duces habet (inquit Robertus Bel-
 larminus) *vel ducum ipsorum famu-*
los: hoc est, vel perfectos, & princi-
pes Pastores, vel subalternos, & fa-
mulatios, imperfectosque com-
pletebitur Rectores. Hos Presby-
teros, quos pastoratus etiā faciunt

Bell. præ-
fatione in
tres li-
bros de
membris
Ecclesie.

presentior

participes: illos vero Episcopos dicunt: De virisq; autem his, nostra demum haec ingemiscit quærela.

Sent. lib. 4. dict. 24. **Quos enim Patriarcharum, Archiepiscoporum, Metropolitanorum, & Equadri-parti oratione Episcoporum titulis, de Flaminibus, Archiflaminibus, & profanorum Protoflaminibus, iuxta Lombardum, distinctos; uni Episcopatus generi, & ordini, tanquam perfecto, & Iuris potentissimo, Romanitas accenseret. Quibus, inquam, pignerasitium, quasi in commissâ desponsationem Ecclesiæ, tradit**

Vide Pô-annulum: Quos pascendis, regentisfcale Romanū, dis, cogendisque ouibus, Pastorali munit Pedo: Quibus, denique, solis in ordinatione dicitur, Vade prædicâ populo Dei: Ministerij oblitos, Iuris vacuos, quis non quæratur? Perfunctoriam enim & futilem illorum, quid referam ordinatem?

tionem? Dicant dissipantes quotidianæ dispensationes: Prodeant beneficij præter officium impetrations: Veniant nundinantes sacrilegæ resignationes. *Nulla Dei res* ^{Tert. A-}
^{polog.ca.} *pretio constat*, Papæ tamen facile o-^{19.}
 mnes. Doctrinam sanè adulatio appendat; Mores consanguinitas, vel commendatio excutiat: Examen deniq; nummus aut munus perficiat: Conueniant modo duo aut tres Episcopi, vel vno, aut duobus absentibus, vnus aut alter suppleat Abbas: peragantur die Dominico Pontificales ritus: exinde charactere indelebiliter tintus efformatusque, de opere operato, exiturus haud dubio Episcopus: quem statim inconsulta in Sponsum & Dominum, vel citrè consesus aliquod signum, admittere habeat Ecclesia. Rem expressit usu

doctus vetulo isto qualicunque
disticho Iohannes de Pomyard,

Summæ Prædicant. titulo, Ormnes, Simonis, ac Cesaris, Dæmonis, do Clericalis. Quatuor Ecclesiæ his portis itur ad o-
apparatu à tanto Episcopo admi-
nistrandum expectabis. Nec enim
de humili illo habitu Apostoli-
co, Papisticæ satis procuretur fa-
stus Ecclesiæ. Quin isti Mitrâ, do-
cti: Gemmâ, fidi: Chirothecis, puri:

Durandi Ration. Pedo tenus solliciti : quindecim,
inquam , Episcopalibus vestibus
insigniti, longo ingrediantur satel-
litio : Trinitatis benedictionem,
trino sacrato digito minitentur:
Missam illam, vniuersi ordinis Pô-
tificij basim centrificam , ex libro
Saltem decantent. De cætero Of-
ficialiū mutuatitiam iuridica cō-
stituat securitas sollicitudinē. Præ-
dica-

dicatorum vicariam iuripotēs sibi
 stabiliat ignorantia doctrinā: vel
 fortè, si eximius aliquis fuerit, se-
 mel anno, vel iterū concionis ali-
 quid quoquo modo proloquatur:
 Euge verò, iurispotentissimū, ordi-
 natissimūmq; habes Episcopū: in-
 fallibilē omnino Ecclesiæ Pastorē
 vigilantissimum. Canibus modo,
 equis, mēsis, & asteclarū, ne dicam
 scortorū habendo numero, bene-
 ficiorum sacrilegus augescat pro-
 uentus. Hic Apostolorū legitimos
 nefas inficiari successores. Quan-
 quā enim Christus pascere oues
 iussit: per illa tamen Christi verba sic ^{Bell. de}
^{Ro. Pont.} institui Principatū, ut potestas collata nō ^{lib. 1.c. 15.}
 pendeat ab obseruatione huius præcepti,
 Pótificibus suis suauiter Robertus
 persuasit. V&e Pastoribus qui perdūt, et ^{Iirm. 13. 1.}
 dispergunt gregē pascui mei, dicitū Ieho-
 ua. V&e Pastoribus Israēlis, qui erāt pa- ^{Iechezk.} _{34. 2.}

*sturi ipsos: anno non grex est quem pascunt
Pastores? Adipem comeditis, & lanam
induitis, quod optimum est mactatis:
gregem non pascitis: morbo affectas non
confirmatis, ægrotam non curatis, &
confractam non obligatis, ac depulsam
non reducatis, pereuntemque non requi-
ritis: sed vi dominamini in eas, & per
securiam, adeò ut dispergantur destitu-
tae Pastore, & sint cibo omnibus bestiis
agri dispersæ. At verò quæ per se-
ipsos non valent, per subministros
legitimè profitetur: habent quip-
pe suos tanti duces subministros:
quidni enim sibi quod & Timo-*

*2. Tim. 2. theo liceat? Fidelibus commendant
2. quæ officij sunt hominibus, idoneis ad
alios docendos. Viderit ipse Timo-
2. Tim. 2. theus quo modo laborem tulerit ut
3. bonus miles Iesu Christi: Nouerit quo
2. Tim. 2. studio sese probatum stiterit Deo opera-
15. rium non erubescensem, sermonemque
veritatis*

veritatis rectè secantem: Dicatur Ar-<sup>Colos. 4.
17.</sup>
chipo ut ministerium quod accepit in
Domino impleat. Imponunt certè
isti onera, quæ ne primoribus qui-
dem digitis tangant. Episcopatus <sup>Stapler.
Concr. 6.
q. 3. foliat.
ad 7. arg.</sup>
enim licet idem cum Presbytera-
tu Apostolis fuerit: consuetudo
tamen Ecclesiæ (aiunt Scholasti-
ci) vel (si solertioribus creditur Ie-
suitis) Ius Diuinum , illud isto <sup>Bell. de
Clericis
lib. 1.c. 13.</sup>
maiorem fecit. Adeò ut præter
missale in confectionem, clauium
blasphemam administrationem,
& rituales quasdam ceremonias,
Sacerdotij proprio nihil lure pos-
sint. Nec enim Presbyteris quidem ^{Bell. libid.}
prædicare liceat, nisi ex Episcopi man-
dato, aut consensu. Immo & in conse-
cranda Eucharistiâ, saltem quoad u-<sup>Bell. de
Ord. lib.
1. cap. 5.</sup>
sum, pendeat ab Episcopis, qui possunt
eis interdicere ne consecrent. Cate-
rûm nec istiusmodi Sacerdotes,

Durand.
 Rac. lib. 2.
 Rubrica
 de Sacer-
 dote.
 Eckius
 hom. 66.
 de Sacro
 ordine.
 Ex Ponti-
 ficali.
 à veteri Lege exortos, legem Pauli
 moribus, aut doctrinâ probare
 contingit. Adducat demùm Archi-
 diaconus sive Presbyter candidatos suos
 ad Episcopum, ipsumque oret loco ro-
 tius Ecclesiae, ut per eum isti ordinentur
 Presbyteri: testimonium perhibeat esse
 illos dignos & idoneos suscipiendo mu-
 neri huius officij. Ecce ad testimoniū
 externum, & conscientiam alte-
 rius, cæca manus imponitur, Spir-
 itus insufflatur, clavis traditur: tum
 Ibidem. de Stolâ per crucis modum in an-
 teriori parte complicatâ, Iugum
 Domini accipit, Charitatem de
 Casulâ induit, de cruce obliqua S.
 Andreæ à pollice dextro usque ad
 sinistrum indicem, & rursus à pol-
 lice sinistro usque ad dextrum in-
 dicem, per transuersum consigna-
 ta; volaque manus vincta, conse-
 crare & benedicere obtinet: & si
 calicem

calicem cū vino & modica aqua,
 patina cum hostia imposita, de
 manu Episcopi acceperit, Sacrifi-
 culus illicò euadit perfectus. Hūc
 ergò usq; ornatum, vnectum, pro-
 batum, vel animarum inanis cura
 excipiat, vel pinguis otiosum sine
 cura Prioratus saginet, vel deni-
 que, filoquacior aliquis Monachus
 fuerit, latum effrænis prædicabun-
 dus sine lute euagetur. Hæc oppi-
 dò Romana iura, hæc indefectibili-
 lia illius esse Ministeria, res decla-
 rat, ~~ωραῖος~~ ingerit, omniūm q; adeò
 oculi cōtestatur. Sed ingeniosè illi
 de ostētatis crepūdiis, supposititiū
 etiā admitti volunt: & de spōsi pi-
 gnoribus confisam pulchritudini
 suę scortantē sponsam, intemeratā
 defendere contendunt. Damnata
 scilicet, & damnādam defectionē
 suam, Ordinis sacri titulo præte-

Iechézk;
16.15.

xere, Melchisedeci prærogatiuis
ornare, & diuinis promissioni-
bus instruere, tutissimum illis re-
fugium. Nempe de Euāgelio sua-
uiter sibi blandiuntur, & quod A-
postolis, Apostolicisque dictum,
Matt. 5.14. sibi vnis assumunt pastoribus, *Vos*
Luc. 10.16 *estis lux mundi: Qui vos audit, me au-*
Ioh. 16.13. *dit, qui vos spernit, me spernit. Spiritus*
veritatis vos ducet in omnem veritatem.
Ac ne deficere illos aliquādo quis
Matth. 28. arguat. *Vobiscum sum omnibus diebus*
20. *vsque ad consummationem seculi: De-*
Ephes. 4. *dit enim Christus Ecclesiæ suæ Apo-*
los, Euangelistas, Prophetas, Pastores,
& Doctores, in opus ministerij, ad ædi-
ficationem corporis Christi, ad consum-
mationem Sanctorum, donec occurra-
mus omnes in unitatem fidei, in agnitionem
Filiij Dei in virum perfectum, in
mensuram ætatis plenitudinis Christi.
Vt ita, tum de donorum abundā-
tia,

tia, tum de donantis ad finem usq;
concomitantia, omne defectionis
amoueatur suspicium. Credo ni-
hil unquam sibi à Christo, vel ab
Apostolis eius, de sæuis & peruer-
sis doctrinis futuris, prænunciatū;
& de cauendis abominandisque
præceptum, allegabunt. Ego cōtrà
ex authoritate quoque Dei conte-
stor, & surrecturos fuisse pseudopro-
phetas; venientes cum vestimentis ouīū,
sed qui intrinsecus sint lupi rapaces: de-
sciscentes à fide, spiritibus deceptoribus
attendentes, ac doctrinis dæmoniorum:
viam veritatis blasphemantes, & per
auaritiam fictis sermonibus de fidelibus
negotiantes, Atque, ut exerè dixe-
rim, futuram fuisse ἀποστολα, myste-
rium iniquitatis, hominem peccati, be-
stiam ex abyssō, Antichristum inquam
illum.. Cuius etiam & sedem, &
tempestatē, ne quid dubitationis

Matt. 24.
ver. 1. &

24.
Mat. 7.15.

1.Tim. 4.1

2.Pet. 2.2

2.Theſſ.
2.3.

Apoc. 11.

fidem nostram remoraretur, Spi-
 1.Theff.
 2.4. ritus reuelauit. Sedet quippe in tēplo
 Dei: quod ne apud Ieruschalaimo-
 Apoc. 14.
 18. & 17. 5. rum ruinas cogites, Babylonem de
 nomine audi, quam nec trans flu-
 uium Assyriorum, aut Torrétem
 Apoc. 13. 9. Ægyptiorum, sed de singulari Se-
 ptem collum topographia, Roma-
 *ut ita in nōrum recognosce: *tum de popu-
 dom Domi lorum, Gentium, & linguarum subie-
 ni, in sede sdeat Chri-
 fti (inquit Ambro-
 sius.) fitere. Hanc enim & tempestatis
 Apoc. 17. ex abundanti consignat ratio, Po-
 15.
 1.Tim. 4. 1 sterioribus siquidem temporibus ad-
 2.Theff. 2 scripta, & illustrem illum Christi
 aduentum proximè antegressura,
 qui nisi iam pro foribus adest, & si
 non hæc in posterioribus postre-
 ma sunt tempora: quid paulò post
 fidelibus expectandum sit planè
 nescio, quibus post adimpletam
 refectionem, inchoatámque adeò

Antichristi ~~αντίχριστος~~, nihil per propheticum Spiritum, præter integrum de Domini aduentu abolitionem operiti iam hinc superstis. Non possunt enim futurum contendere, quod vident fideles fieri: quando quæ in Antichristo futura olim præcanebantur, in Romana Hierarchia adimplera penè omnia pernoscantur. Verum hæc per Antichristi fascinum Papismo planè ignota, reiecta habentus, & contumeliosa ducuntur. Vnam, incorruptam apud se Catholicam Ecclesiam, Hierarchiam sacrosanctam, iactabundi proclaimant. Nos, de peruersitate hæretica, à corruptis quorūdam ordinatorū suorū moribus, vniuersum ordinē, totā Ecclesiā, ipsāmq; adeò fidē, exorbitatibus corruptilis insimulare, immo & Antichristi

Staplet.
Contr. 2.
quæst. 4.
art. 1.

vastationē impiè illis impingere,
vsque & vsque, queruntur. Porrò
etsi multa non diffiteantur plero-
rūmq; ordinatorū suorū peccata:

Staplet.
Contr. 6.
quest. 3.
art. 5.

*Hæreticum tamen esse tollere potestatē
Evocationē propter peccatum habentis
illā.*

Nam & iuxta futiliores illorū
Durād. in scholas, *Quæ dantur per consecrationē*,
4. Sent.
dist. 2.
quest. 1.

semper manent manente re consecratā.
Sibiverò indefessā constitutā inde
ab initio successione ordinationē
legitimā: rectissimos deniq; ordi-
natorum suorum cōuersationi, &
officio canones iam olim apposī-
tos: personarum non Ordinis esse
quæcunque irrepfere vitia. Sed e-
nim vt multa de istiusmodi cano-
nibus, & consecrationibus iniqua
perstringere liceat: rem ipsam ag-
gredimur, nec nisi realem discuti-
mus vexationem. Illæ siquidem
aduersantes integritati maximè
corru-

corruptiones, non quæ cartis modo complicatæ, sed quæ usu perperam receptæ, animis insident, factis patent, & re ipsâ veritatem longè latèque insectantur. Hoc August.
commet.
in Epist.
Io. tract. magis mendax est Antichristus, qui ore profitetur Iesum esse Christum, & fatus negat. Realis utique prænuntiata Paulo defectio. Cæterum (ut de moribus hic, quando aduersariis libet sileam) quid obscurro de remagis apud fidem, quam fidei doctrina? apud Ordinem seu Vocationem quam Ius & Ministerium? Quæ porrò doctrina interpolator, quam quæ Christi fermè omnia Antichristo adscribit, vel ad idola transuertit? Quæ diuexatior Vocatio, quam quæ vel Ministerij secura, Ius negligit: vel Iuris experts, Ministerium inuadit? Parùm oppidò successionis tuæ profuturi

numeri, parùm Episcoporum tuorum traduces census, si Administratōne immunes, Iure deiectos, & titulo tenus insignes, tuos recē-
 Iud. 16.9. sueris Episcopos: Schimschonem
 utique catena & funibus Success-
 sionis tuæ istius vincitur, quæ
 tanquam filum lineum disrūpan-
 tur. Nō enim ex personis, aut ina-
 nibus titulis: sed de Iure, ac Mini-
 sterio metitur veritas, Vocationē.
 Vtrumque porrò quantam apud
 Romanum Ordinem patiatur de-
 fectionem, de nostra facile colli-
 gitur Assertionē. Sed viderint sōā
 sui. De nostrâ exinde quæstio.

^{1. Reg. 22.} Quanam enim à Romanitate ad
^{24.} Ecclesiam Reformatam transierit
 Bellar. de Spiritus Dei? Imò verò & Nouos
 Ro. Pont. nos, Vocationis legitimæ prorsus
 Lib. 3. c. 13. Stapler. expertes, Authoritatem quam Chri-
 Cont. 3. q. 3. Solut. stus in Ecclesia posuit penes Pastores &
 ad 4.

Do-

Doctores, negantes : Ministros nostros
 populis cum potestate præesse nolentes,
 ad profusiorem styli sui libidi-
 nem cauillantur. Miror si non &
 Christi doctrinam Iudæi nouam
 dixerint, & quâ ageret potestate
 depositularint. Sed neque noui
 quicquam præter promissam ad
 occasum seculi reuelationum po-
 steriorum adimptionem, nostra
 hæc continet reformatio. Nobis
 nihil ex nostro arbitrio inductū:
 Apostolos Domini habemus au-
 thores, qui & ipsi acceptum à Chri-
 sto fideliter assignauerunt. Vnam
 cum illis fidem, & originalem de
 illis Apostolicę scripturæ restitue-
 rūt nobis vocationē: sic enim *omne*
genus ad originem suam censeri nece-
se est: *hocque probatissimum testimonium*
veritatis, ubiq; occupantis principatum: ^{Tert. de}
quod extraneum huic origini est, ^{Præsc. cap. 20.}

Bell. præ-
fatione in
lib. 3. De
membris
Ecclesie.

Mar. 1. 27.
Mat. 21. 23

seculo & Antichristo deputandum. Siccine ergo Nouum Euangelium, & nouos Apostolos Restauratio nostra intrudat? Prodeat igitur signa & miracula, Apostolicam istam potestatem contestatia; edant ministelli nostri Extraordinariæ vocationis suæ prodigia.

Ioh. 6.30. *Quod signum editis ut videamus*

Staplet. *& credamus?* *Quia enim Extraordi-*

Contr. 2. *naria vocatio innouationem in religio-*

quæst. 4. *ne secum affert, semper habet miracula*

art. 3. Re- *coniuncta, ad nouæ doctrinæ confirmationem.*

fut. 7. *Iudæis profectò haud absi-*

Ioh. 4.48. *miles, nisi videritis signa, & miracula,*

non creditis. *Verùm ad hanc magis*

localem substantiam causæ præ-

sentis, sic vbique respondeo; ad-

mittens quidem miraculorum A-

póstolis Christi necessarium fui-

se Testimonium: sed prouocans

tamen aduersarios ad distinctio-

nem.

nem. Aliud nempe à primaria Constructione, postmodum nutantis & dehiscentis ædificij est Sustentatio: etiam à Sustentatione, aliud post ruinam Reparatio & Restauratio. Dicant si possunt inconcussa scriptura, fuerit-ne persimilis Moschi, atque Iirmeiæ vocationis? Num iisdem vocationis officiis & prærogatiuis, cum Mosche, & Iirmeia, coalescat Ioschija, Hezra, & Zerubbabel? Nouam Mosche Christum figurantem instituit legem. Nutatatem legis istius obseruationem prædicationibus fulcire Iirmeja laborat, factamque de aduentu Saluatoris spem illustrat. Ioschija verò, Zerubbabel, aut Hezra labefactatam Ieruscha-laimorum Ecclesiam, iuxta originalem puritatis Institutionem, Re-formant & Restaurant. Sic apud

Euangelium , Plantant Apostoli:
Confirmant Euangelistæ, Restau-
ratur i reuelatur Apocalyptic Té-
stes. Omnes utique Extra ordiné,
non pari tamen Extraordinariæ
potestatis Iure, aut Administratio-
ne: nec oppidò consimili potesta-
tis suæ contestatione. Proptium
sibi vnumquodque pro gradu suo
vendicat Testimonium. Noua tra-
dit Mosche, Nouis Apostoli Chri-
stianitatem imbuunt Institutioni-
bus: Nouis ergo ad miraculum
usque operibus, Noua ista, de Mi-
raculorum authore orta , sibi que
concredita, palam significant. Sa-
lutiarem illam pleni temporis di-
spensationem, & lōga post sæcula
futurā Dei in carne manifestatio-
nem, concionibus Prophetæ pro-
mittunt: de consumptis itaq; circa
res temporales prophetiis suis, à

Deo

Deo se (prophetiarū legitimo au-
 thore & adimpleteore) Prophetas
 missos demonstrent: prophetis
 quippe idoneū testimonium diuinitatis,
 veritas & adimpletio divinationis. E-
 uangelistis verò, confirmando A-
 positolorum recentiori ædificio,
 constitutis: Apostolicum ipsum
 adstipuletur Testimonium. Quos
 verò, in generalem vitiæ ali-
 quando Ecclesiæ Reparationem,
 suscitari contingit: de illius ver-
 bo Testimonium allegent, cuius
 vniuersæ constat regimen & tui-
 tio Ecclesiæ. Testimonium profe-
 ctò, Paulo, & Barnaba liberè præ-
 dicantibus, sermoni gratiæ suæ da-
 bat Dominus, ut signa, & miracu-
 la ederentur manus eorum. Suam
 Iirmeja probam, Hananjæ va-
 nam, de prophetiarum tempo-
 ralium exitu, censendam statuit

Tertul.
Apolog.
cap.20.

Act.14.3.

Iirm.28.8

x. Thess.
 3. 2. vocationem. Probatum Pauli fa-
 cit commendatio Timotheum.
 1. Reg. 13. 2 Ioschijam denique , Propheta de
 Gagg. 1. 14 Iehuda : Zerubbabelem , Gaggai:
 Apoc. 11. 3 Antichristi destructores, Christia-
 nitatis restructores, manifestè Io-
 hannes commonstrat Testes. Hos
 si miracula deposcas, non Confir-
 matores, aut Restauratores agno-
 scas: sed nouos omnino magna in-
 iuria facias Plantatores. Miracula
 porrò nulla debet , qui nouitate
 mira nulla accepit ut administret:
 nec enim noua videri potest olim
 res recepta. Cæterū cū ab ingressa
 olim & inualescente Antichristia-
 Apoc. 11. 3 na δύος αστρά, mille ducenti sexaginta
 (Solis proprium ambitum pera-
 gentis) prophetici dies, geminis il-
 lis Testibus, in sacco & luctu pro-
 phetantibus, exacti, vel re ipsa an-
 nuente, numerentur. Cūm perse-
 cutio-

cutionem à Bestia passos , bello
subindè viētos , ferro denique ac
flammis , Sacrosanctam ipsam lit-
teraturam, Prophetasque sanctos,
passim occisos , hactenus constet:
superest maximè , ut posito tādem
facco , tum duo illa Testamenta
(germanas splendētis gemini Ec-
clesię candelabri oliuas) de cineri-
bus experrecta , magno Antichri-
sti timore , intueamur : tum de illis
prophetantes Restauratores Ec-
clesię Testes , Spiritu Dei erētos,
agnoscamus . Extraordinaria hęc
omnino : Ordinarij tamen resti-
tuendi , non tollendi cauſsa : Extra-
ordinarij quippe morbi , extra or-
dinem procurata medela : Exinde
& Ecclesiæ , & ordinis Ecclesiasti-
ci , reformata propago . Hinc vo-
cationis ordinariæ nostræ , cum o-
riginali illa Apostolica reuocata

consanguinitas, & successionis le-
 gitimæ restaurata prosapia. Pro-
 pterea cum Ministerium hoc habe-
 mus prout misericordiam consequi-
 sumus, non segnescimus, sed abdicaui-
 mus turpitudinis tegumenta, non ince-
 dentes cum calliditate, neque falsantes
 sermonem Dei, sed declaratio[n]e veri-
 tatis commendantes nosmetip[s]os ad o-
 mnem conscientiam hominum, in con-
 spectu Dei. Quo magis hac con-
 scientia instructi, Antichristianis
 conuitiis, Romanensib[us]que in-
 quinamentis præscribere aliquan-
 do iustum duximus: Néve, aut
 possessionis nostræ ardens defen-
 sio, aut occupationis Papisticæ ve-
 hemens oppugnatio, dentatum
 aliquid scriptis intersereret, vel
 insimulatæ querimoniam submi-
 nistraret alicuius criminacionis.
 Demonstratiua vna aduersarios
 prouo-

prouocamus assertione. Hanc si
 pressus veritatis conscientiâ Pa-
 patus admiserit, gesta res est: &
Hierarchiæ Romanæ, in vocatio-
 nis Reformatæ puritatein, refin-
 genda tyrânis. Sin, vt fit, pro focis,
 pompâ, & loculis, probatissima
 quæq; repudianda, & oppugnan-
 da: educant illi machinas, profe-
 rant in thesim inficiationes suas,
 opponant ordinis sui ad exemplar
 cœlestis Hierarchiæ imaginatio-
 nem: Placidè omnia exceptura est
 affirmatio nostra. Veritatein po-
 nit, nihil repercutit, simplex & le-
 gitima Assertio. Te verò pium le-
 ctorem vnum obtestamur, vt né-
 pe hanc intereà veritatis teneas fi-
 dem, dum aduersariæ Responsio-
 nis (si prodierit) haud cunctantem
 pellegeris nostram *ων Θεων* Refuta-
 tionem: Eiusdem quippe est nega-

tio falsitatis, cuius & affirmatio
veritatis: Eundem petente*m* priùs,
tum replicantem, in Iure dicundo
Ius audit. Hæc cum bonâ pace le-
gentibus, Veritatem, Consuetudi-
ni: Originé, Interpolationi: & Re-
formationem, Corruptioni, præ-
ponentibus; pax & gratiâ a Do-
mino nostro Iesu Christo redun-
det.

*D. Augustinus Prologo in libros
De doctrinâ Christianâ.*

Hæc tradere institui volenti-
bus, & valentibus discere.

ОНЕ
ГЕСІЛІН

THESEOS VNIVERSALIS DE LEGITIMA
PASTORVM ECCLESIAE VOCATIONE.

Interna. Est De haec nulla quæstio priuato cuiusque illam possidentis per vocatio, quæ Iuris a Deo accepti, internam & singularē obtinet conscientiam.

Extraordinaria. Est vocatio quæ à Deo, selectis pro libitu hominibus, per propriū, & citra communem Ecclesie ritum, ad inusitatū & extraordinarium conferunt Ministerium.

Vocatio. Est ius Ministeriale Ecclesiasticum.

Immediata. Est vocatio extraordinaria, citra hominum ministerium.

Vtraque est vel

Mediata. Est vocatio extraordinaria, quæ ministrantibus quidem, non tamen ius vocationis conferentibus hominibus perficitur.

Subiecta hæc vocationum varia species, quia extraordinaria sunt, probatione omnino indigeni. Ideoque vel Notis vel Testimonio, vel utrisque simul unquamque robari hinc liquet.

Instituens. Est vocatio quæ nouum Dei cultum instituit.

Ad Gentes. Est vocatio in totum Gentibus noua.

Ad Ecclesiam, externum modò cultum, innouat

Quia externum cultum innouat

Quia internum cultum seruat, id est, in fide nihil innouat.

Prophetarum, ad fidem in Christum promissum, & erga legeti obsequium conservandum prophetizantium.

Quia fidem de Christo venturo prophetiis illustrat

Quia conservat instituta

Confervans. Est vocatio extraordinaria, Institutorum studens confirmationi, & conservacioni.

Euangelistarum, Ad Ecclesias passim ab Apostolis confirmandas, & conseruan-

Quia quæ fundata sunt ab Apostolis conservat.

Quia conservat instituta

Restaurans. Est vocatio extraordinaria, que cultum diuinum, de suâ institutionis puritate labes, aut lapsum, primitus restituit puritati.

Quia, Origini, & primariae institutioni cultum Dei restituit.

Naturæ. Est Dei reformat

Conseruata. Est vocatio ordinaria, quæ qualiter ab origine institutionem accepit, talem illibatam in cursu seruat.

Totali. Quæ in totum ab institutione deficit.

Defecta. Est vocatio ordinaria ab institutionis puritate deficiens.

Partiali. Est quæ in partibus nonnullis deficit.

Universalis. Quando singuli & universalis vocati, in una vel pluribus vocationis partibus idem virtutem patiuntur.

Particulari. Quando in aliquo vel aliquibus tantum vocatione est virtutis.

Totaliter. Caret exempli sicut & est virtutis.

Defecta.

Restaurata. Vel est vocatio ordinaria, à defectione, ad institutionis integratem restituta.

Partialiter. Est vocatio cuius virtutem partes ad pristinam validitatem sunt redactæ.

Universalis. Est vocatio ordinaria, in singulis & universalis per illam vocatis integratim restituta.

Particulari. Quæ in uno, vel pluribus tantum, est restaurata.

Hæc quæ noua — Probatur — Testimonio miraculo, Operibus scilicet ad miraculum nouis. Sic Apostoli ad nationes.

Testimonio à miraculis. Sic Mosche. Sie Apostoli. Nota, ex unitate fidei.

Testimonio, ab eventu, & complemento prophetiarum circa res temporales petito. Deut. 18.22. Iirm. 28.8.&c. Nota, ex conformitate ad ea quæ prius instituta fuerunt.

Testimonio Apostolico. 2. Tim. 4.11. Act. 12.25.&c. Nota, ex cōuenientia cū institutis Apostolicis.

Testimonio Verbi Dei. Sic Ioschijz. 1. Reg. 13. 2. Zerubbabelis. Gagg. 1.14. Testim Euangelicorū. Apoc. 11.3.&c. Nota, Ex consanguinitate cum ijs quæ olim instituta sunt. i. cum Sacris Scripturis.

Abstratio. Est Vna, Vera, Incorrupta, Incorruptibilis,

Externa. Est vocatio quæ Ius à vocante acceptum, externo & manifesto exercit ministerio.

Ordinaria. Est Confideranda in vocatio à Deo, per homines Ius vocationis habentes, selectis, & probatis hominibus, iuxta ritum In Ecclesia institutum, ad ordinarium Ministerium, collata.

Concreto.
Est vel

Instituta. Est Legis, vocatio quæ cum primum instituta Euangelij. oritur.

Conseruata. Est vocatio ordinaria, quæ qualiter ab origine institutionem accepit, talem illibatam in cursu seruat.

Totali. Quæ in totum ab institutione deficit.

Defecta. Est vocatio ordinaria ab institutionis puritate deficiens.

Partiali. Est quæ in partibus nonnullis deficit.

Universalis. Quando singuli & universalis vocati, in una vel pluribus vocationis partibus idem virtutem patiuntur.

Particulari. Quando in aliquo vel aliquibus tantum vocatione est virtutis.

Totaliter. Caret exempli sicut & est virtutis.

Defecta.

Restaurata. Vel est vocatio ordinaria, à defectione, ad institutionis integratem restituta.

Partialiter. Est vocatio cuius virtutem partes ad pristinam validitatem sunt redactæ.

Universalis. Est vocatio ordinaria, in singulis & universalis per illam vocatis integratim restituta.

Particulari. Quæ in uno, vel pluribus tantum, est restaurata.

Talis temporibus Achazi, Manachis, Amonis, Antichristi.

Talis temporibus Chizkijz, Ioschijz, Zerubbabelis, & Testim. Apocalypticorum: hoc est Reformata nostra.

the
Institu-
tional

Emerson's
Accessories
to Success
by
Walter E. Emerson
Illustrated
Price, \$1.00

Copy
No. 16
Olivier
and Son



DE LEGITIMA PA-
STORVM ECCLESIAE
VOCATIONE.

LIBER I.

CAP. I.

Onditio præsen-
tium temporum
hanc de Vocatio-
ne disputationem
prouocat nostrā,
quando de doctrinâ pridem deie-
ctos, & exinde de vocatione malè
meritos, vocationem sibi arroga-
re, déque vocationis arrogantiâ
doctrinæ palmam peruerso ordi-
ne præsumere, Romanistas hodie
videamus. Istiusmodi videlicet
doctrinâ cęcos, ac vocatione clau-

D ij

52. *De Legitima Pastorum*
dos alteros Iebusæos, de vocatio-
nis præsumptione, tāquam ex arce
Thijonis, vsque, & vsque, irreper-
cussos illudere, vocationis quā pro-
fitemur haud passa est integritas.
Immo quam malè sanæ obtēdunt
suæ doctrinæ tutelam, vocationē:
peruersitatis conuincere, conui-
ctam de legitimæ possessionis ar-
rogantiâ deiicere, non incertus di-
sputationis huius finis esto: Quò
erasis vocationis titulis, nullis su-
persit doctrinæ infuscatio corru-
ptelis: nec vltrà gaudeant latibulis,
de extremâ statione depulsi.

C A P. 11.

CÆterūm vnicā Assertionē, seu
Thesi, negotium istud in præ-
sentiarum enītīmūr, r̄nōdērēs ali-
quando, de aduersariorum spero
responsione, citrā vllam obtrecta-
tionis, aut calumniæ suspicionem,
in

in replicationem exhiburi. Quia enim ~~επωρητικῶν~~ veritatem in genere Thesis ponit: ad quam Specierum & ~~αρμόνιος~~ integritas dijudicetur. Vocationis nostræ sinceritatem, Papisticæ defectionem, facile ad Thesim manifestabit, prima quæque collatio. Quâ si grauatam se Hierarchia Romana senserit: nostram, si potest, profliget, intemeratâ veritate, Assertionem: suáque sibi inquinamenta cōfirmet. Thesim profectò inuictis demùm S.S. Scripturæ authoritatibus firmatā: & manifestis naturę necessitatibus compactam, ponimus: quo, nec disputationis huiuscē basis, extra fundamenti soliditatem, extrahatur: nec aduersariorum stylum, minoris authoritatis diutiū argumētatio, remoretur. Quanquam & vnde cunque scaturientes Papisti-

54 De Legitima Pastorum
cas oppugnationes , pro ingenij
sui fonte dehinc excipere, nil abi-
gemus.

C A P . I I I .

POrrò quām de re constet de
vocationis nomine priūs sta-
tuendum. Enim uero hanc, de Fir-
Mal. 2.4. mitudine, *Pactum Dei*: de Officio,
Act. 1.17. *Ministerium*, & *Administrationem*:
Eph. 14.12 *Iescha.* *de Mandato, Missionem*: de Segre-
1.Chr.15.2 *gatione, Electionem*: de Iure, Vo-
Iescha. *cationem*: de Priori ac Posteriori,
49.1.Mat. 4.21. *Ordinem*: in sacris litteris nuncu-
Heb.7.11. patum reperias. Exinde Ordinis
nomen plerisq; Patrum omnibus
vstatum. Nos vero *Vocationem*
magis quām *Ordinem* dicimus,
cō quod ordo respicit finē, in quo
est perfectio: *Vocatio autem Pri-
mum, seu Agentem, id est Vocan-
tem à quo Iuris est deriuatio. Sed
non est de perfectione, hodierna*
voca-

vocationis quæstio: tota de Iure controuertitur, quando de Pharisaico fermento interrogata, Vnde & à quo ministrorum suorum protestatem mutuata sit, respondere habet, reformata Ecclesia.

Præterea ut de vocis *ωμονυμία* te explices, tria omnino in Scripturis sacris οἰκτόνη à radice οἴκη & οἰκός à οἰκέω significare compériuntur. Primo namque artem quam quisque profitetur sonat D. Paulo 1. Corinth. 7. 20. *Vnusquisque in qua erat vocatione τὴν οἰκήσει* quum vocatus est in ea maneat. Quo eodem versu alteram significationem ex verbis οἰκλήθη insinuat, quæ est vocatio, ad fidem Christi, hoc est initia-
tio ad professionem Christianam, quāmque Philip. 3. 14. οἰκωνούσις, & Hebr. 3. 1. οἰκέσις πεπαρια, appellat. Tertiò munus ipsum significat,

D. iiiij

56 De Legitima Pastorum
quo aliquis potestatem ministrādi
Ecclesiæ penes se habet. Sic voca-
torum facile princeps Christus, se
vocatum profitetur, Iehoua ab u-
tero רִאֵנִי vocauit me. Et (referente
Mat.4.11. D. Matthæo) progressus Christus vi-
dit alios duos fratres, Iacobum filium
Zebedæi, & Iohannem fratrem eius,
in nauigio cum Zebedæo patre suo,
καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ, & vocauit eos, id est
ocatione donauit, & discipulos
suos fecit.

C A P. IIII.

HAEC illa est vocatio de qua
in præsentiarū agere incum-
bit: quā à definitione sic ordimur.

Vocatio est Ius Ministeriale ec-
clesiasticum: Non absolutum, sed
ordinatū Ius dicimus. Porro cùm
Ius sit ipsum formale iustitiæ, quia
Iure iusta est iustitia. Vocatio au-
tem, non tam Ministerij potesta-
tem,

Iescha.
49.1.

tem, vel gradum: quām potestatis ipsius iustitiam, & æquitatem ponat. Meritò in quæstionē: *Quid est Vocatio?* respondetur *Ius esse: quod non Ministerij gradum modō, aut potestatē: sed illius (vt ita dicam) legitimationem; & authorisatiōnem, magis sonat: vocatio verò ipsius actionis, seu administratiōnis, est proprie legitimatio, & authorisatio: vnde & Ius planè dicenda. Nec enim quævis administratio legitima, sed ea sola quę iuridica: Quo etiam sit, vt quantumlibet eruditus quispiam, & ad ministerium Ecclesiasticum aptus, vocatione tamen quandiu lure, caret: quia vocatio, non agere demum, sed ex Iure, dat: Potuere Korach Dathan, & Abiram cum ducentis quinquaginta viris, accepto quisque thuribulo, & indito igne, suffitum eis*

imponere, atque ad portam tentorij conuenitus, cum Mosche & Aharone consterneret: Sed aperiens humus os suum & absorbens: egressus ignis à Iehouâ, & absumentis: sine Iure, ac proinde vocatione, factum demonstrauit.

C A P . V .

Huius autem Iuris forma, est Ministerium Ecclesiasticum, hoc est administratio eorum, quae ad Ecclesiam pertinent. Quod Ministerium, quia rei essentiam explicat, & ab innumeris Iuris speciebus, hoc Ius differre facit, vocationis speciem constituit. Adde quod istiusmodi Ministerium, est proximus finis vocantis, id est, Ius hoc tribuentis: finis autem proximus producentis in actum, continuo, forma est actuati; Agens enim, in intentione: Forma, in coniunctione: Finis, in executione, ratione sola,

solâ, non re differunt.

C A P. VI.

CAETERUM ex *Ministerialis* & *Ecclesiastici* vocibus, non prætereunda venit differentiæ ratio: *Ministerialis* siquidem epitheto, à superioribus; *Ecclesiastici* verò ab inferioribus vocationis *Ius* discriminatur. *Ministeriale* námque à primo, summo, & absoluto *Jure*, diuidit: qui enim ministerium dicit, superiorem propter quem ministerium sit, agnoscit. *Nec à semetipsis* Ioh. 8. 42. *veniunt vocati, sed à Deo prodeunt, ille eos mittit.* *Ecclesiasticum* verò, secularem, humanam, & inferiorē omnē eliminat autoritatem: Omnipotè enim diuinis cedūt humana, & cœlestibus secularia. *Ecclesiasticum* autem ministerium, & de originis prærogatiua, cœleste: & de administrationis excellentia diuinum:

Est quippe Ecclesiæ pars istud ministerium. Ecclesia verò tota per Deum, ut quæ & nasci, & regi habet à Deo : ergo & à Deo ecclesiasticum est ministerium, nec de humanis legibus , aut carnis industria, constitutum.

C A P . V I I .

SEdenim de dupli hominem constituentis parte, duplex emergit intelligentia vocationis: Quia enim homo & Internus, & Externus est, *Internæ & Externæ distinctionē*, de habitationis discrimine, vocatio est sortita. Quarum Interna est *Vocatio, quæ Iuris à Deo accepti Internam & singularem obtinet conscientiam*. Huic Spiritus unus initiat. Hanc solus interior homo suscipit. Huius nulla traductionis propago. Imò singularis est, vni tantum sibi patēs, extraneis omnibus

bus nimis occulta: nec de singula-
ri & interna sui conscientia, veri-
tatis suæ fidem aliis adstruere va-
let: Vnde priuato cuiusque relin-
quitur examini, & à nobis, non
scrutanda, silentio præteritur.

C A P . V I I I .

DE Externa demùm sit apud
nos quæstio, quam de exter-
nis & patentibus illius caussis, vel
effectis, accidéribúsque, dignosce-
re promptum est. Hæc est *Vocatio*
quaæ Ius à vocante externè acceptum,
externo & manifesto exerit ministerio.
Quā vt explicatiùs perspiciamus,
ad illius species veniendum: Atq;
hic in primis, tum *Ordinarius* tum
Extraordinarius conferendi vel
ministrandi modus, Extraordina-
riæ vocationis ab *Ordinaria* di-
stinctionem attendere iubet. Neq;
enim paruum hæc inter est discri-

men : Extraordinaria quippe est
Vocatio , quæ à Deo , selectis pro libitu
hominibus , per proprium , & citra com-
munem Ecclesiæ ritum , Ad inusitatum ,
& extraordinarium , confertur ministre-
rium . Sic vocationem hanc exter-
nam , de quatuor causarum appo-
sitione definimus , ut ex indagatio-
ne singularum tota res elucescat .
Extraordinarium tamen aduerte ,
non Ordinario , quæ ordine dispo-
situm sonat , opponi : sed Ordina-
rio , hoc est , Vſitato , & certis legi-
bus circumscripto : ut illud extra-
ordinarium sit , quod extra vſita-
tum ordinem fit . Dicitur autem à
Deo , non tantūm communi illo
modo quo Deus primarium A-
gens , & Ecclesiæ Rector , omnium
vocationum autor habetur : sed e-
nim hic noui , & inusitati quiddā
molitus , proprius , & singularis fit

author

author huius vocationis.

C A P. I X.

Hinc est, quod non promiscuè
habuium quæque, vel de præ-
uisa dignitate certum, sed de libe-
ro, ac gratioso libitu selectū, mit-
tit: vnde D. Paulus. *Quando placuit*^{Gal.1.15.}
Deo, qui separauit me ab utero matris
meæ, & vocauit dñs m̄s x̄citos aū tu. Qua-
propter nec in hoc delectu certa
ætas præscribitur; nec virilis sexus
prærogatiua seruatur: nec tribus
quædam prænotatur: nec denique
Gens selecta præfertur: sed pro li-
bitu Iudeum, Græcumue vocat. Sche^{1. Schem.}
muel vtiq; puer, sed Elischah canus,^{3.1.}^{2. Reg. 2.}
perinde prophetare mittuntur.
Sunt Miriam Moschi soror, & v-^{Exo.15.21}
traque Anna, necnon & virginis^{1. Schem.}
Philippi Euangelistæ quatuor fi-^{2.11. &}^{Luc.2.36.}
liæ, Prophetissæ. Est Ieschahja de^{Act.21.9.}^{Iesch.1.1.}
Iehuda, Jonas Zebulonita. Nasci-^{2. Reg.14.}^{25.}

64 De Legitima Pastorum

tur denique de præputio Græcus
 Gal. 2.2. Titus. Adde insuper, quod nec ad
 hanc vocationem eruditio magis,
 & polito, quam rudi & indocto o-
 Exo. 4.10 pus est, hic nulla οργωνηληνια; Balbu-
 1. Reg. 19. tientem testor Moschem, Elischa-
 19. Hamos. 7. hum agricolam, Hamosum bubul-
 14. cum, Paulumne αγρονυμα.
 1. Tim. 1.13

C A P . X.

EX quibus liquet, talem voca-
 tionem, de communi, & vſi-
 tato in Ecclesia ritu, nō proficiſci:
 sed per modum proprium confe-
 ri: Proprius autem iste modus, eſt
 quilibet Ecclesiæ non communis,
 vſitatus, & ordinarius: qui à nobis
 apertiū declarari non habet, quia
 occultus: vt pote qui penes vnum
 Deum ſit, & de inſcrutabili illius
 beneplacito, procedat. Hoc de-
 mūm manifeſtū fit, quod vel cum
 medio, vel citrā medium, ad hanc

voca-

vocationem vocatus accessit.
Vnde illa Mediatæ, & Immediatæ
vocationis disputatio, pro Ordina-
riæ, & Extraordinariæ distinc-
tione, à nonnullis non usque quaque
benè usurpata: tum quod nec Or-
dinaria Mediatam omnem dicat,
tum quod Extraordinaria non o-
mnis sit Immediata, immo Me-
diatæ & Immediatæ palam est cō-
plete illam differentias. Sunt quip
pe Paulus & Matthias uterque vo-
catione extraordinaria Apostoli,
non similiter tamen modo sunt vo-
cati: Immediatè enim *Paulus Apo-*
stolus, non ab hominibus, neque per ho-
minē, sed per Iesum Christum, ac Deum
Patrem. Contra Matthias à Deo
quidem ac Iesu Christo extra or-
dinem: sed tamen mediantibus A-
postolis, & Sorte ~~ωντα την οιδην~~. Qua-
propter aliquid de Immediatâ &

Gal. 1.1.

Aet. 1.26.

Mediata vocatione dicere locus
iste postulat.

C A P. X I.

Sit ergo Immediata, *Vocatio Extraordinaria citrā hominum ministerium.* Immediatum nota, dici, non
απλως, sic enim vocans Deus per es-
sentiam ageret, de qua scriptum
^{Exo.33.20} est, *Non videbit homo Deum & vi-
uet, quod de visu quidem dictum,*
vniuerso item sensui tribuendum:
nullus siquidem mortalium ho-
minum sensus infinitā illam dei-
tatis maiestatem, præsentem ferre,
& vocantem immediatè sustinere,
valet. Nec omnino nisi vnicā da-
tur simpliciter Immediata voca-
tio, quæ scilicet vni geniti est de si-
nu Patris venientis Filij, qui solus
Patrem vidit, & missus à patre, to-
tam illius voluntatem patefecit.
Hic oppidò de istâ vocationis pre-
roga-

rogatiuâ, *Pastorum princeps*, & ab ^{1. Pet. 5. 4.} hoc Pastores omnes, & extra hūc Pastores nulli: *Exortus eius inde à principio, à diebus sæculi.* Ab hoc qui-cunque citrâ vllum hominum mi-nisterium vocati, vocationem ex-traordinariam immediate acce-pisse dicuntur: nec sanè immerito id apud homines habetur. Imme-diatum, quod præter ministerium & mediationem hominum est fa-cium, quantumlibet aliis vtatur Deus mediis. Atque hæc de Im-mediati vocabulo satis.

C A P. XII.

Immediata porrò hæc vocatio, duobus omnino modis, iuxta Scripturam data insinuatur: Uni-versa quippe immediata vocatio, Deo vel efficaciter inspirante, vel inspirando compellante, collata constanter è Scripturis colligitur.

E ij

Hac inspiratione repletus, Christi
præcursor fit Iohannes Baptista, &
impulsore S. Spiritu venit in tem-
Luc. 1. 27. plum & prophetauit senex Simeon:
sic suscitati Prophetæ multi in Is-
rael.

Compellationem omnipoten-
tis experti, vel signo nudam Sche-
I. Schem. 3.
Exod. 3. 2. muel: vel de ardenti rubo Mosche:
A&t. 9. 3. vel de fulgenti luce Saul: vel de na-
tura vñita duodecim, tum & se-
ptuaginta discipuli, Immediatam
vocationem diuinam Iurè, & se-
dulò sunt amplexati.

C A P. X I I I .

E Conuerso, Mediata est Vocatio
Extraordinaria, quæ ministranti-
bus quidem, sed vocationis Ius non con-
ferentibus, hominibus conceditur. Sicut
verò Immediatum paulò priùs, sic
neque hic Mediatum ἀπλωτός, & uni-
uersaliter, sed καὶ n̄ de hominibus

vide-

videlicet, tātūm enunciatur: adeō-
que nec istis hominibus Ius vocā-
di conceditur , quod Ordinariæ
demūm congruit vocationi. Præ-
terea, hæc qualiscūque hominum
ad vocationem extraordinariam
ministratio, extraordinariæ nequa-
quam Ius possidet vocationis: to-
tum quippe vnū penes est Deum,
qui pro voluntatis beneplacito, ad
vocationem hanc significandam
& indicandam, non tamen confe-
rendam, hominum ministerio v-
titur. Hac lege, dāte signum *Elija*, ^{2. Reg. 2.}
super *Elischahum* quiescit Spiritus: ^{9.}
& iacta ab Apostolis forte Mat- ^{Aet. 1. 22.}
thias à Deo iudicatur vocatus.

C A P. X I I I .

Exposita forma finem ipsum
extraordinariæ expendamus
vocationis , Ministerium nempe
Extraordinarium. Habet profecto

E iiij

vnum & indiuisum finem , vniuersa vocatio , prænotata scilicet , ministerium ecclesiasticum:particularē tamen , propriū , & ab illo diuersum , eīque subalternum sibi vendicat extraordinaria vocatio , Ministerium scilicet hoc vel illud extraordinariū . Enim uero , inusitato misericordiæ , vel iustitiae exequendo , aut prædicando diuino aliquo cōsilio , inusitati & extraordinarij vocatur à Deo ministri: vnde etiam diuersas sortitur vocatio ista species . Etenim pro istiusmodi consilij magis , vel minus noua & inusitata natura , magis etiam vel minus extra ordinē habebit esse vocatio : omne quippe magis & minus admittit extraordinarium , quod ex ipso vocationis huiuscē ministerio facile discas: Cūm enim administratio que
in

in intentione & executione finis est, in compositione & coiunctione sit vocationis forma, utique de administrationis, ut de formæ differentiis, ipsius orientur discrimina vocationis.

C A P. x v.

Accipe itaque trifariè distinctam, de triplici ministerij fine, vocationem. Vel enim qui extra ordinem missi sunt Nouum Dei cultum *Instituere* habuerunt: vel institutum *Confirmare* & *Conseruare* studuerunt: vel denique de constitutione sua labens, aut lapsum, pristinæ institutioni & origini *Restituerunt*. Vnde vocatio ista, vel *Instituens*; vel *Conseruans*, seu *Confirmans*; vel tertio *Restituens* seu *Restaurans* appellari meruit, prout exemplis fiet manifestum. *Instituēs* porrò, si personarum quibus mi-

nistrat rationem habeas, Aut *ad Gētes* est, Aut *ad Ecclesiam*, hoc est, vel nouis planè & ignaris, vel Dei, voluntatisque diuinæ, ex sacris paginis, cognitionem & fidem profitentibus, administrat. Quo sit ut quæ ad *Gentes* est, in totum noua extraordinaria atq; incognita Gentibus sit: Qualis Apostolorum ad nationes fuit, de quorum Iure aut Ministerio planè nihil à Gentibus retrò fuerat auditum: Tenebrosis enim Euangelica omnia antè plenitudinem temporum suêre nationibus incognita. Quæ verò ad *Ecclesiam* est, extraordinaria quidem, noua & inusitata adfert, nō tamen in fidei, quod semel & ab initio possum est, quicquam innouat, fundamento: sed cultum demum externum, atque vocationis ordinariæ ritus, nouare, & extraordinariâ

fan-

sanctione instituere valet. Sic e-
nīm per internuncij manum Mo-^{Gal. 3.19.}
schiis, ceremonialis demūm legis,
hoc est cultus externi, sancti apud
Iisraelem noui ritus, & ordinariæ
vocationis per eandem institutæ
in Aharone ceremoniæ. Quarum
quidem ceremoniarum, quoniam
non in perpetuum, sed usquequo ve- ^{Gal. 3.19.}
nisset semen illud cui facta est pro-
missio, data lex fuerat. Nec consum- ^{Heb. 7.11.}
matio per Leuiticum sacerdotium erat.
Exoriri Sacerdotem secundum ordi-
nem Melchisedeci, nec secundum or-
dinem Aharonis dici oportuit. Mu-
tato igitur sacerdotio, mutationem quo-
que Legis fieri necesse fuit. Omni-
no autem in Christo & per Chri-
stum, ut promissum semen, mu-
tationes istæ. Illas tamen Chri-
stus per Apostolos immediate
edoctos, & extraordinariè mis-

74 De Legitima Pastorum
sos in Ecclesiâ instituit : Apo-
stoli itaque suo ministerio hoc
in Ecclesiâ præstiterunt, ut Mosai-
cæ abolerentur seruilis legis cere-
moniæ , & Aharonici antiquare-
tur ordo sacerdotij: quibus cultus
spiritualis , & ordinis Euangelici
^{Gal. 5.1.} (quâ Christus nos liberauit) sub-
stitutâ illis Instituentibus , est li-
bertas.

C A P . x v i .

Quemadmodū verò Moschis
& Apostolorum fuit institu-
^{Iirm. 7.25} tio, sic Prophetarum, qui ab exitu
Egypti, ad Israelem indefinenter
missi: & Euangelistarū apud Chri-
stianas Ecclesias, fuit rituum; tum
potissimum per ritus significato-
rum *Confirmatio* & *Conseruatio*: Ab
Apostolis enim fundatas confir-
marunt Euangelistæ Ecclesias , &
de

de his Apostolus vult Titum ^{Agæt. Tit. 3.8.}
Suis pariter censuris, ac vati-
ciniis, legitimum Prophetæ inter
Hebræos cultum conferuare stu-
duerunt: Atque hic secundus, qui
Conseruationis est, vocationis extra-
ordinariæ sistitur gradus.

C A P. X V I I.

VErūm quia in pessū subindē
ruūt homines, nec sacris qui-
dē parcere norunt: In tantas quan-
doque diuini cultus deuenitur ve-
xationes, ut restaurandis ordinariè
vocatus, tantis nullus sit par cor-
ruptelis: sed extraordinariam mor-
bus deposcat extraordinarius me-
dicinam. Talem *Ioschija* rex in cul-
tus Iisraelitici, & prægraues voca-
tionis Aharonicæ ruinas *Restau-*
rantem extraordinariam exercuit
vocationem. Nec aliter consita-
uit Iehoua spiritū *Zerubbabelis* filij ^{2. Chron. 34.} *Gagg. 1.14*

Schaltielis, ducis Iehudæ : & spiritum *Iehoschuhæ* filij *Iehozadaki* sacerdotis maximi. Sic & manus *Iehouæ* Dei eius, adfuit *Hezra* ad diectæ restorationem extraordinariam Synagogæ. Christiana etiam huius generis vocationem *Theff.* contra prænotatam à D. Paulo ~~δογματια~~, experta est, Ecclesia. Suscitat enim postremo in seculo *Testes* illi, qui ab Antichristo labefactatam, ad cultus, & vocationis integritatem, reuocarent Ecclesiam, sicut ex Ordinariæ vocationis restauratione suo loco patescet.

lib. 2. cap. 24.

C A P. XVIII.

CÆterum præstructus quicunque vocationis extraordinariæ finis, cùm extraordinarius sit, Ecclesiæ utique non est comes individualis: Immo passim & olim & hodie isto, non mutilata, caruit ac caret

caret Ecclesia. Quod si fine absque detimento carere potuit, v-
tique & ad illum ministerio: si mi-
nisterio, & oppido ad ministerium
vocatione , ipsisque adeò mini-
stris. Ergo sine extraordinaria vo-
catione, integra stabit aliquando
Ecclesia. Ac sanè, si huius voca-
tionis extraordinarius est finis , o-
mnino & ipsa extraordinaria; nam
& finis ingenium imitantur, quæ
in finem ordinantur: sed extraor-
dinariū nihil est perpetuum, er-
go neque hoc ministerium.

C A P . X I X .

Q Vanquā nec de perpetuitate
negata Deū ad finē usq; se-
culi , posse pro libitu , subindē ali-
quos ministerio extraordinariē in-
augurare, inficias imus. Sunt enim
hæc voluntatis, quæ autē ex caussa
pēdēt volūtaria, in continua ma-

78 *De Legitima Pastorum*
nent potentia, nisi seipsam in con-
trarium prodat volūtas: ipsa enim
potestatis in agendo norma. Vo-
luntatem autem Dei circa extra-
ordinariam vocationem, talē qui-
dem sacræ produnt paginæ, vt *In-*
ſtituentem misso semel nouissimis
diebus filio, & nouo Testamento
exhibitō, atque Ecclesia ad omnē
veritatem instituta; nullam, (non
ſi ipſusmet remeans Apostolus,
aut de cœlo labens id aggredere-
tur Angelus, quasi rursum nouo
cultu Ecclesiā effet Instituturus)
extraordinariam velit expectari
vocationem. *Confirmantem* verò,
quæ Euangeliij plantatione semel
facta, & per Euangelistas confir-
mata, Institutum aliquādo de no-
uo cultum, cōfirmare habeat, ipsa
noui cultus expectandi prohibi-
tio, sperandam inficiatur: nulla
quippe

Gal. 1.8.

quippe rei nunquam Instituendæ
operienda confirmatio. Sin autem
Confirmationem eam dixeris , quæ
Institutæ quidem olim ac firma-
tæ, postea verò nutanti aut laba-
scenti extra ordinem, à lapsu con-
seruaturæ, succurrat: Hanc Ecclesiæ
Catholicæ negatiæ non obserua-
mus , expressis tamen promissam
verbis, de Scripturis, non asseuera-
mus. At *Restaurantem*, Ecclesiæ nō-
nunquam labefactatæ opitulatu-
ram, Prophetico palam verbo, cō-
tra Antichristi apostasiam, Deus
olim per Paulum , ac Iohannem,
abundè pollicitus : & voluntate
tandem ex euentu ipso patefacta,
potuisse illum , ac voluisse , ad re-
storationem Ecclesiæ nonnullos
extra ordinem mittere , fidelibus
omnibus est in aperto.

Porrò ita discussa, & disposita vocatione extraordinaria, quāquam seriò satis, curiositatem tamen melius in negotio vocatio-
nis exercenti, non est usque satis-
factum. Quia enim plurimū occulta sunt istius vocationis cau-
sa, necessitalis se se aliter, quām
in effectibus, prodit eius forma.
Vocationis extraordinariæ titu-
los, identidem iactarūt olim pseu-
doprophetæ, & sibi hodie pleri-
que arrogant ~~ad dñm. m.~~. Quando e-
nim citrà testes, citrà ~~oī, γεράπειοī~~ istud
à Deo donum iactare satis est: quis
Dei donum non præsumat, etiam
~~λίκος βαπτισμοῦ~~. Immo Christum ipsum
de tali conscientia, mentiri non
expauescunt ~~ad dñm. m.~~. Ergone in-
24. discreta legitimorum perinde, &
adulterinorum admittatur rece-
ptio?

ptio? An de recognitis nomine te-
nus titulis, vtrosque pariter am-
pleteatur, cæcā fide, Christianus?
Absit. Christum audi, *Cauete vobis*^{Mat.7.15}
à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos
cum vestimentis ouium, sed intrinsecus
sunt lupi rapaces. Qui ergo discer-
nendi? Duplicem omnino sugge-
rit Doctor summus indagationis
viam: alteram quidem à fructibus,
id est operibus, seu ministerio: al-
teram à testimonio petitam. Nam
& Iudæis vocationis depositulato-
ribus, nostræ φχατινπλω, hoc est suā
de testimonio Patris, Operum, ac Io-
hannis, comprobauit Christus vo-
cationem. Fidelibus verò, ab ipsis
vocatorum operibus, discretionis
dedit signum, Matth.7.16. A fructi-
bus eorum cognoscetis eos: num colligunt
ex spinis vnam, aut ex tribulis sicus?

Ioh.5.37.
Ioh.5.36.

Ioh.5.33.

Est itaque duplex recognoscē-
dāe vocationis extraordinariæ
ratio: vna quidem à fructibus de-
ducta, id est ab ipso non modò vi-
tæ instituto, sed potissimum voca-
ti ministerio: nam & vocationis
fructus, ministerium: & ministrā-
tis vniuersa ministratio, fructifica-
tio est vocationis. Vnde & hæc
propriè dicitur *Nota*, quippe ab ip-
sa, & de ipsa nascens, quam notat,
vocatione: sunt enim veræ, quæ de
rei essentia sunt, vel saltem de rei
paratura veniunt, notæ. Hinc vna-
quæque pro sui natura, & specie,
specialem sibi habet vocatiō no-
tam. Porrò cùm *Nota* sit notati
nota, ut ex huius notione res no-
tanti innotescat, nec sine notante
notetur *Nota*. Si notatis rationem
habeas, instantiū erit nota, inquā-
tum

tum & notata: sed notatio nulla sine cognitione, & omnis pro notantibus modulo *Nota* notescet. Notantium verò non una ratio, sed quod huic manifestum, illi sàpe perobscurū. Ergo pro notantium hoc est cognoscere ex *Nota* studentium, maiori, vel minori, aut etiam nulla cognitione: maior, vel minor, scu etiā nulla, dicetur *Nota*: Sic enim *Notam* quum de notantibus notatione agitur, considerare par est. Quo fit, vt quæ magis, vel minus ordinariæ sunt, & notæ, vocationis extraordinariæ species: clariorē vel obscuriorē *Notam* depositant: vt ex ipsa sequenti applicatione videre erit. Atque hæc hæc tenus de prima recognoscendæ vocationis extraordinariæ ratione.

AT verò altera quæ *Testimonium* dicitur, nō propriè quidem, nec per se *Nota*, ab extra siquidem veniens est: sed tamen in negotio vocationis, potissimum probationis obtinet vim. Cùm enim vocationis indagatio, nō ministerij modo, sed maximè *Iuris accepti* sit perquisitio: *Ius autē* nec in se pateat, nec per se absque ministerio quicquam ad extra operetur; vocatum profectò, vel de manifesta vocantis approbatione, vel de vocationis rite concessę legitima testium asseueratione, *Iuris accepti* testimonium mutuari nesse est. Quod quidem testimonium, de *Nota* ingenio & definitione *Nota* nō est, sed oppidò plus quam *Nota*. Rem quippe ex se, aut per se nullatenus notabilem, sum-

mè

mè tamen controuersam, quale
est *Ius, notam ac insuper compro-*
batam, facit.

C A P. XXIII.

Sed non leuis præterea attendē-
da venit testimonij huius di-
stinctio: Nullus enim tum *inter-*
num, tum *externum* inficiabitur
Christianus, esse testimoniū: Nam
& fideles animas interno pulsat,
spiritus efficax testimonio: exter-
num verò de Operibus, aut Ver-
bo, externis sensibus iuge sugge-
ritur testimonium. Id rursus sedu-
lō Internum, ab Externo differt
testimonium: quod illud, perpe-
tuum habet, & vnum authorem,
Spiritum sanctū: Nec enim aliis
interiorē nostrum hominem, hoc
est, spiritum nostrum, testando
compellat, nisi Spiritus: qui quo-
niā veritatis est, & efficaciter

omnia operatur, nec præter Dei filios, quosquam dirigit: hinc fidelibus proprium, certum, atque indubitatum, ingenerat testimoniū. Quale enim illud est, quod videntibus atque audientibus multis, paucitamen Christo, vel Apostolis, aut cæteris quibuscunque extraordinariè vocatis, credidere? Audierunt utique omnes, credere rari: nempe quia illis defuit, his affuit verax, atque efficax spiritus. Credentes porro, non prædicationem nudam, sed & prædicatiū vocationem legitimam, ag-

Rom. 10.
14.

noscere habuerunt: quomodo enim audientes credent absque prædicante: sed quomodo prædicabunt nisi missi fuerint? Non ergo sine vocationis testimonio adhibita fides prædicationi: nec utrique, nisi per internū efficacissimi spiritus, creditum est, testimo-

testimonium: per eūdem enim est
vocatio, per quem & prædicatio,
spiritum. Ecce ad primā illam de
spiritu recens accepto Divi Petri
apologeticam, ac didacticam præ-
dicationē Iudæi compuncti sunt corde:
Aet. 2.37
Vtique per internè agentem spiri-
tum: nec illicò tamen qui audiuē-
re omnes, sed ij demum *qui libēter Aet. 2.41.*
exceperunt sermonem eius baptizati: &
addita sunt Ecclesiæ die illo capita qua-
siter mille: ergo non singuli excepe-
runt audientes: adde quod neque
excipientes, sermoni nudo credi-
derunt, verūm *sermoni eius*, id est
Petri, Apostoli vtique: Nam vt si-
dem haberent sermoni, & credere
habuerunt sermocinanti: vtrūque
autē de cōpunctione cordis, hoc
est, interno testimonio. Certū igi-
tur, verū, nec vñquā fallēs, internū
esto istud testimoniū, vniuersæq;

ad eò vocationis probatissimū: atq;
hoc presertim titulo externo ante-
ponendum, quod externū nisi nō
habentes Spiritum, quæsiuere nulli
testimonium: nec fideles Aposto-
Mat.12.39
Marc.8.11
li, sed natio adultera, & hypocritæ Pha-
risæi, signum petūt. Sedenim quā-
doquidem, non fidelibus tantūm
confirmandis: quin & Spiritus di-
uini efficaciam inexpertis, & testi-
monij interni planè nesciis, hæc
scribuntur reuincedis: de exter-
nis, & sensibus subiectis Notis, ac
Testimoniis, animali homini pro-
bationes instituendæ.

C A P. xxiil.

TAntūm igitur de Interno. Ex-
ternum autem quod attinet
Testimonium, quoniam de testa-
tis verbo, vel operibus totum per-
hibetur, aut Operis erit, aut Verbi.
Nam & vtroque modo diuinum,
extra

extra ordinem vocatis , perhibi-
tum legitur testimoniu. Sic æter-
no de Filio suo testante Patre, *Vox*^{Mat.3.17.}
de cælo extitit: & Zerubbabelus, ac Ie-<sup>& 17.5.
Cagg.1.14</sup>
hoschuhæ vocationem Caggai pro-
pheta, propheticō verbo contesta-
tus : necnon & pro futurâ *Ioschijæ*
ad cultus Dei restorationem sus-
citatione, clamauit è Ichuda ve-^{1. Reg. 13.}
niens, cum verbo Iehouæ prophe-^{2.}
ta. Deniq; *Timotheo* suo, & *Tito* paſ-^{1. Thes.3.12}
ſim dat Paulus Testimonium. Est<sup>2. Cor. 8.
23.</sup>
igitur quoddā verbi Testimoniu.

Operis porrò , non obscura sunt
exempla: Nam sicut humana con-
ſuetudo verbis, ita Diuina poten-
tia etiam factis loquitur , vnde &
ad operum suorum prouocauit^{Ioh.5.36.}
Christus Testimonium: & ab ipso
prophetiæ euētu, hoc est Dei pro-^{Iirm.28.8}
phetiā adimplentis operatione, ve-
rū agnosci prophetā vult Iirmija.

Cæterum non quælibet præbent
Testimonium operationes: sed ex
demum, quæ rei testimonio pro-
bandæ naturam imitantur. Quia
ergo notanda hæc extra ordinem est
vocatio, extraordinarium Testi-
monium de extraordinariis utiq;
operibus, exposcit. Verum extra-
ordinaria esse, vel per se, & simpli-
citer, ut miracula: vel ex circumstâ-
tiis, & secundum quid, ut prophe-
tiarum euentus, & adimpletiones,
ad sequentium intelligentiam, sci-
re non parum expedit.

C A P . x x v .

Sed satis hæc de Notis ac Testi-
moniis in se, vocationi iam nūc
prout conueniunt applicemus. Ac
vocationem quidem trinam cùm
animaduerterimus, Institutionis
scilicet, Conseruationis, atque Re-
staurationis, à prima notandi ini-
tium

tium faciamus. Ea porrò Institu-
tionis est, quæ rursum in eam quæ
Ad Gentes, tum in eam quæ *Ad*
Ecclesiam suo loco est discrimina-
ta: quarum singulam quamque
seorsim cōuenientibus Testimo-
niis, & Notis, insigniamus: ac vo-
cationem quæ est ad Gētes primo
inuestigemus. Hæc quoniam no-
ua est, & per omnia quæ ministrantur
incognita, adeoque in totum extra-
ordinaria, nihil noti habens, No-
tam qua notari valeat nullam
præbet: notabilis enim ignoran-
ti nulla est in ignoto Nota. So-
lo itaque Testimonio iudican-
da: Ergo & Testimonium il-
li aptum recognoscamus: Non
Internum quidem illud efficacis-
simum (de quo pro Spiritus in-
stinctu, vnumquemque citrā no-
strum calamum periculum apud

se facere, interni natura requirit.) Sed externum, externos obuij cuiusque perstringens sensus: Neque illud sancè Verbi, quod prophanos nequaquam tangeret, cùm apud illos nulli sit diuina loquela momenti: immo verò Operis: Neque item istud Euentus & adimplentio-
nis, quod ad Confirmationem seu Conseruationem pertinebit: sed quod eiusmodi sit, vt de operis nouitate, & dignitate, supernaturalique efficacitate, hominum, ha-
cenus animalium, & in naturali-
bus cæcutientium, animos expe-
gesciat, atque ad nouorum adeò,
stupendorumque operum, suspi-
ciendam caussam, & admirādam,

Act.13.11. eleuet, ac rapiat: Qualis Elimas filius per D. Paulum excæcatio, quâ (cùm vidisset quod factum fuerat) usq;
percusse Procul: & idem Paulus ad
Co-

Corinth. Indicia profecto Apostoli edi- 2. Cor. 12.
ta sunt apud vos, per omnē tolerantiam,
& signa, & prodigia, & virtutes. Hu-
ius generis sola habentur quæ vera
sunt miracula, quia & in his, tantæ
vocationis Deus vñus agnoscitur
autor, cuius ex stupendis vsque, &
diuinis operibus fit probator. Cū
enim ordinem in naturâ cōstitu-
tum, transcēdant, & acutissimorū
etiam hominum captum superēt:
non oppidò nisi à Deo, naturalis
ordinis sapienti conditore, & si li-
buerit solo, ac legitimo transgres-
sore, producuntur. Vnde & cer-
tum Nicodemi illud, *Nemo potest* Ioh. 3. 2.
hæc signa edere nisi Deus cum eo sit. Nec
rei nostræ officit quod, aquam cri-
bro gestatam, & nauem cingulo
promotam, & barbam tactu in-
ruffatam, cotem denique noua-
culâ se&tam, vt numina lapides

94 De Legitima Pastorum

crederentur, & Deus verus nō quē-
rерetur, de profanorum penu, ob-
iicies. Tales enim de viribus falla-
ciæ spiritualis, dæmonūmq; prę-
stigiis, veritatis æmulatæ fascinū,
non veritatem habuisse responde-
mus. Sedenim præterea multos

Mat. 7.22 de Euangelio proferes, qui per
Christi nomen, procul à dæmonum
fallaciis, prophetabunt, dæmonia ej-
cident, & multas virtutes edent, quos
tamen Christus non agnoscat, sed
ut operarios iniquitatis à se eii-
ciat. Vera profectò hæc, certoque
certissima, quæ SS. Scripturæ inte-
merata profert integritas: At verò
miracula tanta edentes, vocatione
extraordinariâ fuisse instructos di-
uus nō inficiatur Matthæus: verùm
hoc docet, Nonnullos vocatione
etiam per insigne, multisque adeò
miraculis illustres, de hypocrisi
tamen

tamen suâ reiiciendos, & ab hæreditate æternâ deiectos: quia n̄ ē p̄
nec ministerialis, ad Ecclesiam, atque hæreditarij ad gloriā Iuris vna
sit, inseparabilisque natura: quinimò, & in totum posse diuidi, &
alterum sine altero nonnunquam existere, Iscariotæ vnum plus satis
prodit exéplum. Verum enim uero Deuteronomiū locus: Nam edet no-
bis propheta nequam *signum aut prodigium quod eueniet.* At verò
quod euenit illud verum, & quod verum illud à Deo est prodigium,
& miraculum: quodcunque porrò à Deo, id legitimum, & quod legitimum, vocationis sequitur
ut sit testimonium. Quare & pseudopropheta de miraculo Te-
stimonium, & de Testimonio legitimæ vocationis obtinebit e-

logium, ut sit idem verus, qui pseudopropheta. Absit, immo verò tentat Deus populum suum, ipse miraculi quidem author, miraculum tamen ad deceptionem proferentis, nō probator. Sed prodigium, inquis, legitimæ vocatio-
nis per me fit Testimonium: Re-
ctè, si tamen vniuscuiusque serua-
ta vocationis, hæc dicantur, pro-
prietate: Distingue modò voca-
tiones, & menti Moschis attende-
tum promptam nodi tui assequen-
ris solutionem. Omnino enim ex-
traordinaria vocatio, in præmissis,
euincitur triplex, *Institutionis* vna,
quæ & ad Gentes, & ad Ecclesiam
pertinet: Cōseruationis altera: quam
tertia excipit *Restorationis*: At ve-
rò sola, de miraculis, Testimoniu-
adipiscitur, vocatio *Institutionis*,
ut quæ nouis sola incumbit: habet
verò

verò vnde integratati suę, quām ab
istiusmodi operibus, fidē adstruāt,
Conseruationis, & Restorationis
vocationes. Quod si interdum mi-
raculorum his copia contigerit,
Testimonij tamen vim, apud illas
non habuit: immo aptiorem sibi,
& apertiorem testandi modum v-
traq; desiderabit. Atque hāc fuisse
Moschis mētem haud obscurum
erit, si illum, non de Institutionis,
sed de Conseruationis vocatione
loquutum aduertas. Enim uero
cūm, & naturæ, & temporis ordi-
ne, Conseruationem præcedat In-
stitution: sicut & Restaurationi præ-
it Conseruatio: Non de Instituen-
di, sed de Conseruandi tempore,
& modo, verba facit Mosche. Nā
& prius quām ita moneret, lata lex
erat, & ^{de uite regni vicior} tum impone-
bat, de cuius in futurum Conser-

98 De Legitima Pastorum
uatione vsque sollicitus: imminē-
tem, his monitis præcauebat cor-
ruptionem. Atque ita quādiu vo-
cationi Conseruationis locus est,
prodigia in Testimoniū illius ad-
mitti vetat: Sancito quippe semel
atque Instituto diuino cultu, Pro-
phetam, licet miraculis clarū, ex-
traneum tamen, seu nouum, infe-
rentem cultum, reiicere præcipit.
Nec secus, apud Euangeliū futuræ
apostasiæ planè præscius D. Pau-
lus, Euangelicæ doctrinæ, & Insti-
tutorū rituum, vsque tenacē vult
conseruationem, vt vel de cœlo
properati Angelo, vel sibi metipsi
(doctrinâ & miraculis etiam pro-
bato) si præter id quod euangeli-
zatū erat, & vocatione Institutio-
nis vigēte constitutū, euāgelizet,
Anathema dicatur. Miraculis igit-
ur Institutionis ad Gentes vocatio
comprobatur.

C A P.

AT verò quæ *Ad Ecclesiam est Institutionis vocatio*, istius generis Testimoniū admittere nō videtur, quia nēpe nō in totū noua, & extraordinaria est: sed externum tantū cultū, & ritus extra ordinem de nouo, Instituit. Verūtamen nō minūs partialis huius nouitatis, quā totū illius, confirmationē suæ desiderat nouitatis. Nouorū quippe si modò eiusdē fuerint genetis, licet nō paris sint quātitatis, vniiformis tamen sit indagatio, & probatio. Indidem ergo huius, vnde & illius, testimoniu peti necessū est: & miraculis ad Ecclesiā fidē obtinet vocatio Institutionis. Sic enim Moschi, quum ad populum Dei (Ecclesiam vtique) liberādum, & deinceps Instituendum pergeret, quo vocationem eius à Deo extra ordinem esse, populus agnosceret,

100 De Legitima Pastorum
miraculosum à Deo concessum est
Exod. 4.3. testimonium, & baculum abiectum
conuertere in serpentem, datum est, qui
cauda prehensus, in baculum reuertere-
tur. Manum item in sinum missam le-
prosam educere, remissam verò reducere
potuit restitutam. Denique, Si non cre-
diderint Moschifilij Iisrael, neque auscul-
tauerint vocis signi prioris: & credent vo-
ci signi posterioris: Quod si non credide-
rint etiam duobus signis istis: Erit ut si
acciپes de aquis alicuius riuui effundat in
aridam, conuertantur aquæ illæ quas ac-
ceperit è riuo, conuertantur inquam in
sanguinem in ipsâ aridâ. Christus au-
Ioh. 5.36. tem ad domum Iisraelis missus, mi-
raculis suam apud illos confirma-
uit à Patre vocationem. Et aduoca-
Matt. 10.5. tis duodecim discipulis suis, dedit eis
mandata, dicens, In viam Gentium ne
abieritis, & in urbem Samaritanorum
ne ingrediamini: sed potius ad oues per-
ditas

ditas domus Israelis : (id est ad Ecclesiā labefactatam) proficisci minī : ægrotos sanate , leprosos purgate , mortuos suscitare , dæmonia eiicite . Nec tamen quod in hac vocatione ordinariū & non nouum est , nihil nō prodest . Quinimò nec ipsa quidem , ut fides isti vocationi adhibetur , Ecclesiæ sola satisfaciunt miracula : quia enim quod semel , & ab inito positū est , perēne fidei seruat Ecclesia fundatum , contra quod nulla valēt miracula , nec de cœlo quidem Angelus : fundatum istud in primis ab extraordinariè vocato , depositit Ecclesia : tú deinde nouarū authorisationē , & confirmationē rituum , de miraculis admittit . Quare non fundatum ista innouat , sed obseruat vocatio : de quo , & aliquā probitatis suæ Notā acquirit . Quādo enim vnum eun-

démq; salutis authoré cū retrosioribus, adeóq; primoribus in Ecclesia prædicet Christum: omnino de ista doctrinæ cū prioribus cōsanguinitate assensū aliquē, & approbationē idipsū credētis Ecclesiæ, obtinebit. Sed approbatio nulla sine probatione, nec probatio sine præcedenti fit aliqua cognitione, nec notio sine Nota: ergo nec sine Nota approbatio: nec aliud de quā in ex cognitis Nota: nec alia quā quæ non extraordinaria, sunt cognitæ: ergo quodcunq. nō nouū, hoc est, ordinariū, *Instituētis ad Ecclesiam* est Nota vocationis. Quo fit, vt ad sparsas Israeliticæ Ecclesiæ reliquias, scribēs D. Petrus, suā & collegatū doctrinā, de prisca, notā, & apud illos recepta, Prophetarū administratione, traductā asseueret. Paulus verò quo suæ de Christo exhibito

1. Pet. 1. 12.

exhibitō doctrinā Israel crederet,
atq; de doctrina Notā suā voca-
tioni apud Hebræos obtineret: v-
niuersam illā de lege ac Prophetis
mutuatus est ad Hebræos episto-
lam: quā nō aliā de exhibitō Chri-
sto, christianā esse doctrinā, quām
quæ de eodem Christo promissio,
Legi, & Prophetis continetur, &
ab illis crederetur: firmissimo & e-
videntissimo argumētorū euincit
nexu. C A P. x x v i t.

Alia porrò Conseruationis est ra-
tio: hęc namque de solis cir-
cumstantiis noua sit, nihil siquidē
in fide, ritibus, aut etiam moribus,
innouat: sed totā se ad Institutoru
Confirmationē, & Cōseruationē
applicat: unde & Notā, de sui cū vo-
catione Institutionis cōformitate
habet. Quia enim cōseruātis voca-
tionis, ea quę per Institutionis vo-

cationē cōstituta fuerint, cōserua-
re munus est: Conseruationis sanē
probitas nō melius quā ex suā cū
iis quæ vt cōseruarentur Instituta
sunt, cōformitate, note scet: vt si ea
quæ per Instituentē vocationē po-
sita sunt, seruauerit: legitima ha-
beatur: sin minus, corrupta pro-
nūcietur. Sic enim D. Paulus, præ-
ter ea, quæ ab Institutione accepta
Gal.1.8. sunt, docentem damnat, *Si quis vo-*
bis euangelizauerit præter id quod ac-
cepistis, anathema esto. Vnde per
vīm cōtrariorum, *Qui eadem quæ*
(Institutione scilicet vigente) ac-
cepta sunt, docuerit, hic de suā do-
ctrinā agnoscendus, & admitten-
dus erit.

Sedenim quantumuis hæc vo-
catio cum Institutionibus, ac le-
gitimi ministerij legibus bellè cō-
cordet, & apertam affequatur No-
tam:

tam: Ne tamen non satis vocatio-
nem Conseruationis seu Confirmationis appendisse videamur, ac-
cedat ad Notam Testimonium.
Non *Operis* illud miraculosum,
quod vni proprium est Institutio-
ni. Quin *Conseruanti* seu *Confirmanti*,
duûm generum sunt quæ compe-
tunt Testimonia vocationi, prout
& duûm generum comperiuntur,
qui ad diuini cultus, tum Confirmationem, tum Cōseruationem,
extra ordinē sint vocati. Hi enim
vel Prophetæ sunt, vel Euangeli-
stæ, quorum uterque proprium si-
bi optat Testimonium: Euangeli-
stæ quidem *Verbi*, Prophetæ verò
Euentus seu adimpletionis, utun-
tur Testimonio, Prophetarum
quippe primarius & principalis
scopus fuit, De semine mulieris Gen. 3.15.
promissiones illas confirmare, &

prophetico sermone, illius certitudinem, & infallibilitatem illustrare: tum deinde cultum externum, & vocationem ordinariā, ad promissionum illarum complementum spectantem, in Institutionis suæ conformitate, & consanguinitate, conservare. Ad hoc, ut vocationis suæ fidem obtinerent: quomodo iis qui noua in spiritualibus Instituebant, noua item ad miraculum concessa sunt in temporalibus opera: sic & prophetico verbo Institutorum spiritualium Conseruationi studētibus, de Propheticis circa res contingentes & temporales vaticiniis, vaticiniorūque Euentu, ac complemēto, datum est Testimonium. Sic enim ex Euētu palam fiebat, illos Deum prophetiarum authorem habuisse, & à Deo missos fuisse, quorum

rum prophetiis, & vaticiniis, ex
Euentu Deus ad singula respon-
deret, & reale Testimonium per-
hiberet. Sunt enim à Deo, &
per Deum euentus omnes, & ci-
tra Deum Euentus nulli. Nec v-
tique aptius, quām de vaticinio
testem capit vaticinium : vt ille
in rebus fidei veridicus à Deo
Propheta credatur, cuius circares
seculi Prophetiarum ab *Euentu*
veritas per Deum comprobatur:
verax oppidò in futurum statuen-
dus, qui de præterito veridicus
præmonstratus. Vnde & Deus,
cùm istius generis Prophetas, de
prodigiis probari negasset Deute-
ronom. cap. 13. vers. 1. De Proph-
etiarum (temporalium vtique &
contingentium) Euentu, iudican-
dos & agnoscendos, affirmauit
Deuter. 18. 22. *Iirmija* verò vanam ^{Iirm. 28. 1}

Hananjæ vocationem indicaturus;
elusorium illius de pace vatici-
nium, ad Euentum, & frustrè pro-
missam, ad impletionem prouoca-
Iechez.
33.33.
uit: Denique cùm euenerit illud, tum
experientur Prophetam fuisse in medio
sui, inquit pro vocatione Iechez-
kelis, ad Israelitas Iehoua.

C A P. XXVIII.

EVangelistas autem Verbi Te-
 stimonio munitos, satis dicūt
1.The,3.2. D. Pauli de *Timotheo*, ac *Tito*, nec-
2.Cor, 8. non & *Luca*, assertiones: & D. Pe-
23. tri *Marcum* in Christo filium, à
2.Tim, 4. Paulo & Barnaba, ascitum, apo-
ii. & Phi-
Iem, 24. stolicus refert amanuensis Lucas.
Act, 12.25 Quia enim illorum muneris fuit,
 fundatas ab Apostolis Ecclesiæ,
 pro Apostolorum mandato, pa-
 sim Confirmare, & Conseruare;
 ac proinde Apostolicae doctrinæ,
 & man-

& mandatis attendere: Apostoli-
cum etiam de Apostolorum di-
ctis aut scriptis accipere ineruerūt
Testimonium.

C A P. x x i x.

SVccedit tandem *Restaurationis*
vocatio, quæ & notatu perfaci-
lis, & Testimonio fit manifestissi-
ma. Huius si ingenium spectes, ni-
hil præter personarum, & tempo-
ris circumstantias noui & extraor-
dinarij animaduertes: quin omnia
de priscis Institutionibus petita, &
veritatem ex conformitate notari
facillimè apparebit. Restaurare e-
nīm est rursus stare facere: non uti-
que quod neutiquam priùs stetit:
immo quod de stante olim statu
aliquando decidit, id pristino sta-
tui restauratio reddit. Nec de no-
uo, nouis restaurat prisca legibus:
quin sola illa vera est Restauratio,

quæ veterem iuxta normam, & primariæ Institutionis regulam, Restitutionem molitur, & operatur. Est igitur de priscis, & primariæ Institutionis legibus, facilis, & certissima vocationis Restaurantis Nota. Legum enim priorum, in posterioribus conformitas, posterioris cum prioribus notat consanguinitatem. Quis Ioschijam nouam, & extraordinariam, de extraordinariâ suâ ad Restorationem vocatione, inuexisse legem dixerit? qui nouum intrusum, veteremque obsoletum cultum deflet: & nouum de veteri, ad veterem reuocando, & iuxta legem (veterem utique, & primariam) Restaurando, suæ reddidit Institutioni. Deiecitam verò Ieruschalaimorum Ecclesiam, & antè captiuitatem, atque in ipsâ

captiuitate collapsum Dei cultū, non nisi de olim Instituto, integritati pristinæ, iuxta sacras paginas Zerubbabel, Ichoschuha, aut Hezra, restituunt, reduces. Nec profectò, nouissimorum temporum nouissimiis his momentis, aliundè quām ex propheticis atque Apostolicis scriptis, hoc est S Sancto Dei verbo, occupatæ, corruptæ, ac per Antichristum pessundatæ Ecclesiæ, perspicua, & salutaris desumpta ab extraordinariè vocatis, Reformatio. Hæc profectò veritatis amanti satis supérque euidens Nota: Sed heu quām graue est errorem vltroneum agnoscere erratum? Hunc nisi testimoniis reuincias validioribus, frustra Notam spontaneo obtuleris caliganti. Quid enim Papistico errori, & Antichristianicis figmentis,

veritatis exosæ splendorem, & puritatis priscaæ, uno Dei verbo contentæ, candorem, (tyrannidi nimis, ac ventri nocitum) offeras? Testimoniis itaque Restauranti patrocinemur vocationi: quæ quia circunstantiis tenus extraordina-
ria est, pro circunstantiarum noui-
tate, idoneum de Dei verbo capit
Testimonium. Ridiculum enim
foret, opus miraculosum, ubi nul-
la sit in essentialibus nouitas, (de
Papisticâ argutiolâ) desiderare.
Circunstantiarum porrò nouita-
tem, totamque adeò extraordina-
riam istam vocationem, satis su-
pérque diuinum Verbi probatam
facit Testimonium: quo quidem
Testimoniis tempora ita notatur;
& personæ, vel ipso nomine, vel
officio & qualitatibus, usque desi-
gnantur, & describuntur, ut de il-
lorum

lorum legitimâ vocatione ambi-
gere , nisi volenti , aut Testimo-
nium diuinum repudianti , nulli
liceat . Si enim in Ordinariâ Te-
stimoniales valent humanæ litte-
ræ , quid non & in extraordina-
riâ diuinæ ? Num præsignatum ^{1. Reg. 13. 2}
ipso nomine *Ioschijam* ad insignē
illam cultus diuini Restauratio-
nem , extra ordinem suscitatum ,
inficiabitur quisquam ? Sed &
Zerubbabelem atque *Iehoschuham* ^{Cagg. 1.}
ad Restitutionem domus , & cul-^{14.}
tus Iehouæ , Spiritu Dei concita-
tos Caggai Propheta contestatus :
Euangelicos verò *Testes* illos quid ^{Apoc. 11. 3}
dicam ? Quos , Antichristianicæ
apostasiæ debellatores , & Euan-
gelicæ puritatis Restauratores fu-
turos , de præfixo tempore , habitu ,
prædicationis efficaciâ , persecu-
tione , ac nece passâ , viuificatione

114 *De Legitima Pastorum*
denique, & in cœlos ascensu, gra-
phicè adeò D. Iohannis Theolo-
gi, delineauit reuelatio? An non à
Deo illa ~~ἀπονόταν ψευδῶς~~? Nonne & Te-
stes istos, Dei Testes, id est, à Deo
vocatos, testificat? His adde quod
designata illa tempestate venisse,
prædicasse, à Bestia passos, sed Spi-
ritu viuificatos esse, ipse docuit ac
docet prophetiarum interpres,
exitus. Hæc aut crede scripta,
aut prædictam Danieli, Paulo, ac
Iohanni aduentasse nega ~~ἀποστολα~~:
& ne aduenerit, nouissima (si po-
tis es) tempora differ: sin minus,
tot elapsis nouissimorum tem-
porum hactenus seculis, & tan-
ta obtinente fidei, ac disciplinæ
corruptione: eorumdémque au-
gescente in dies Restauratione:
Restaurationis tandem promis-
sam

sam tempestatem, & verbi Di-
uini efficacissimam illam virtu-
tem, Restaurandi partes iniuisse,
& extra ordinem compromis-
sos Testes ad hoc susci-
tatos esse, confite-
ri ne erube-
scito.

H ij





LIBER II.

CAP. I.

ON VERTIMVR iam ad vocationem Ordinaria, cuius originem, & statum, & casus, restaurationesque, à multis multorum vexationibus vindicare, non parua refert. Esto itaque ordinaria vocatio à Deo per homines Ius vocationis habētes, probatis hominibus, iuxta ritum in Ecclesia institutum, in ordinarium & perpetuum ministerium, collata. Hæc superiori de Extraordinaria definitioni, per singulas partes opposita respōdet. Quanquam enim vtramque à Deo legas, illa tamen nunquam, hæc semper, per Jurispotentes homines Ius accipit.

Illa

Illa sine probatione, Hæc probatis
demùm. Illa extra, Hæc iuxta ri-
tum Ecclesiasticum. Illa in extra-
ordinarium, & non perpetuum,
Hæc in perpetuum, & ordinariū
demandatur ministerium. Atque
hæ sunt quatuor constituentes vo-
cationis ordinarię caussæ, quarum
ex indagine singularum, tota res
elucescat.

C A P. II.

VOcatio namque hæc sicut
nunquam nisi per homines,
ita neque ab hominibus iure vo-
cationis carentibus, dispensatur:
Soli quippe vocationis potestatē
habentes, vocationis sunt Agétes;
nec aliis eam quām qui possidet
dispensat. Porrò Ius vocationis, est
potestas vocationem conferendi:
& eo differt à Iure ministerij, quod
Ius ministerij idem cum vocatio-

118 **D**e Legitima Pastorum
ne sonat, & potestatem legitimam
exercendi ministerij dicit: at Ius
vocationis est Ius Iuris, hoc est, fa-
cultas Iuris ministerij impertiēdi.
Penes quos autem sit tale ius, ex
huius ipsius Iuris natura peten-
dum. Est enim hoc Ius Ordinatū
non Absolutum: quare & ab ordi-
nantis dispositione pēdebit: Quæ-
cunque enim ordinātur, ab ordi-
nante suo regulantur. Ordinans
porrò vocationis, Dominus noster
Iesus Christus unus est: qui abso-
lutè vocādi Ius habet, hominibus
verò illud pro libitu ordinādo im-
pertitur. Idque, vel extra usitatum
ordinem, qualiter Moschi, & A-
postolis, quibus vocandi Ius ex-
traordinariè datum est: vel ordi-
nariè, ut olim Aharoni, & de stir-
pe eius quibuscunque sacerdoti-
bus. Tēporibus verò Apostolicis,

Euan-

Euangelica vocatione donatis o-
mnibus (siue Episcopos siue pres-
byteros nominaueris) pastoribus.
Qua ratione enim nullus vocatio-
nem, quām qui possidet dispensat:
sic & omnis eam possidens, dis-
pensationis Ius habet. Est namque
hæc vocatio de genere eorū, quæ
quantum iuris habent in re, tan-
tudem obtinent in ipso iure: ut
sic omni, iure, & ex vocatione mi-
nistrare valenti, vocationis ius
conferre sit potestas. Missurus si-
quidem Apostolos summus Pa-
stor Iesus Christus, illos ita misit,
sicut & ipse à Patre missus est, de
vocatione videlicet accepta, vo-
candi Apostolos ius deriuans: quo
& qui ab illo vocati, acceptæ vi-
ocationis, vocationem dein a-
liis largiantur. Mittens enim A-
postolos Christus, mittendi legem

Ioh. 20.21. exemplo suo mittentibus indi-
xit, *Quemadmodum misit me Pa-
ter, ita & ego mitto vos.* Nempe
ut quemadmodum missi estis à
me, mittatis alios, & illi sic dein-
ceps non eadem quidem vocatio-
nis cōtinuò traduce prærogatiua,
sed eodem sanè, ab accepta voca-
tione, ad vocationem conferendā
petito Iure. *Quo* fit, ut vocādi Ius,
vocatorū omniū & singulorum,
propriū dicamus: & omnem per
legitimè vocatos (iuxta ordinem
factam) ratam censemus initia-
tionem. *Quare* nec supra hæc Cō-
firmationem ab hominum ullo
admittimus, ne factum infactum
faciamus, & ordinariæ vocationi
(præter unicum Iesum Christum)
summum aliquē Pontificem præ-
ficere videamur.

C A P. I I I.

Tantum verò Ius optanti cuiq;
 nō concedendū, quin *hi etiam*<sup>I. Tim. 3.
10.</sup>
probentur prius. Illorū porrò est probare, quorū & vocare: quia & eos dē penes quos est ipse finis, est dispositio penes ad finem. Stet autem prima probatio sexus, constanti ab antiquo lege, fœminas de voca-<sup>I. Tim. 2.
12.</sup>
 tione ordinaria pellens, viros sta-
 tuens. In cæteris verò, non utique
 eadē olim & hodie probatio. Pro-
 bat sub lege non scripta Primoge-
 nituræ prærogatiua: Hinc venditū<sup>Gen. 25.
29.</sup>
 sibi à fratre iureiurando interposi-
 to, usque gaudet Iacob Ius pri-
 mogenitorum. Ex Mosche autem
 examinat Genealogia: quæsiuerūt
 enim illi *scripturam suam* חנוך יתְהִלֵּל id<sup>Hebræ 1.
61.</sup>
 est genealogizatorum, vel ex Hieronymo genealogię suæ, & nō in-
 uenti sunt, & abstenti sunt à sacer-

dotio. Potuit & corporis vitium

Leuit. 21. filios Aharonis abdicare. Nam
18, nullus vir in quo est מִזְבֵּחַ corporis
vitium, accessurus est: vir cæcus, aut
claudus, aut curtus, aut prælōgus mem-
bra: aut vir in quo est fractura pedis,
vel fractura manus, aut gibbosus, aut
gracilis, aut in cuius oculo est suffusio,
aut in quo est psora, aut saniosa sca-
bies, aut thlibias teste. In quocumque
fuerit corporis vitium è semine Aha-
ronis sacerdotis, ne appropinquato ad
offerendum igne absumenda Iehouæ.

Num. 8.24 Denique non nisi vigintiquinque
annos natus ad militandum militiam
tentorij conuentus admittitur Leuita,
multò minus ergo Sacerdos. At
verò spirituale Euangelium, Pri-
mogenituræ nescium, & γνωστος;
securum, nāuos, non corporis, sed
animi: annos non carnis, sed men-

tis attendit. Sunt enim tum mo-
rum, tum doctrinæ, quæ ab A-
postolis in vocando dispicienda
præcipiuntur. Nam sicut præ-
dicationis duplex est finis, *verbo* ^{Luc.24.}
quæ morum: & remissio pecca-
torum quæ doctrinæ: sic ad hunc
duplicem prædicationis, & mi-
nisterij tendenti finem, duplex i-
stiusmodi conuenit examen. Ac
morum quidem ex Diuo Pau- ^{1.Tim.3.2}
lo, prior est cura, qua *αἰτία ληπτος*
seu *αἴτιον της εἰρήνης* Sacrosancti Mini- ^{Tit.1.7.}
sterij candidatum exposcit. Tum
deinde accedit doctrinæ census,
oportet enim Episcopum tenacem *ef-* ^{Tit.1.9.}
se, τὸν γε τὰ πάντα διδαχὴν τησοδόντος λόγου, fide-
lis illius sermonis qui ad doctrinam
facit. Hoc geminum Euange-
lij examen, pluribus à Gentium
Apostolo, suo Timotheo, ac

Tito perputatum: ab initiantibus
præteriri nefas. Nefas enim tanti
thesaurū, fœtidis, & futilibus con-
credere valis. His adde quod quē-
admodum Agens inepto in sub-
iecto, & formæ minus proportio-
nato: vel nihil, vel parum ac defor-
me est quod efficit, & finem non
assequitur: nec profectō in mori-
bus palam corrupto, vel doctrinæ
experti, aut etiam peruerso, Ius vo-
cationis integrè satis vocans im-
primit, neq; illius ex Iure concessō
rectum facit ministerium. Quo-
modo enim fidei veritatem hære-
ticus, doctrinæ soliditatem igna-
rus, morum puritatem, impurus
prædicabit, & ad prædicandum
vocationem obtinebit? cùm vti-
que receptum in recipiente, per
recipientis, non recepti, recipiatur
modum.

C A P. I I I I.

T' Aliter porro probato , & ap-
probato , vocationem conce-
diratio postulat , quia nec idoneos
à messe D omni prohiberi sit æ-
quum operarios . Concedetur ve-
rò , ritus in Ecclesiâ instituti obser-
uatione . Nam & in iis quæ exten-
na & ordinaria sunt (vt hæc no-
stra vocatio) externum adhiberi
ritum necesse . Ritus autem iste
duplex esto : alter necessarius , qui à
Deo : alter *de legi operis* , qui ab Ecclesiâ :
nulla enim Ecclesiæ Dei necessi-
tatem facit , nisi à Deo lata regula :
quia nec cuiusquam est necessa-
rias leges dare , cuius non est impe-
rare . Imperium autem in Ecclesiâ ,
vnus obtinet Dominus noster Ie-
sus Christus , ille iuxta Paulum ^{Eph. 5. 15.}
καθηλίτης Εκκλησίας : Iehoua legislator noster , ^{Ieschah.}
Iehoua rex noster . Nec ipsi Presby- ^{33. 22.}

terio, aut presbyterorum vlli ^{κατα-}

1.Pet.5.3. κυειδει της κληρωσης est concessum: sunt enim οικονομοι & δημοποιοι, non κυειοι vel συνδιοι quicunque ex hominibus vocati. Quamobrem præter Scripturæ diuinæ authoritatem, natas, non morabimur ceremonias, ne in adlegationis necessitatem aliquam agnoscere videamur. Necessarij ergo, & de sacris fontibus petiti Ritus, tum Verbis, tum Signis, constant. Talem mandante Deo, erga fratrem, fratribusve filios, exercuit Mosche disciplinam. Verbis

28. enim קְרֵב accedere & appropinquare fecit, de vocationis scilicet præstantia, illiusque exercendæ conscientia verba fecit, & ad eam est hortatus. Signis vero ^{אַלְפָה} impletuit, id est, consecravit; ceremoniis nempe ad id omnibus impletis. Catholica vero Ecclesia, Orationibus,

bus, de Apostolico exemplo, ini-
tiat, & ~~christianis~~^{A&t. 13.3.} consecrat. Cœte-
rum istorum hic est effectus ri-
tuum, ut idoneus illis quisquis ini-
tiatus, vocationem ordinariam ex
hoc ritu acceptam ferre valeat.
Est enim vocationis externæ, &
ordinariæ, externa, & ordinaria
hic ritus arrha: ad quam, Spiritu
sancto pro libera & misericordi-
gratia operante, interna sequun-
tur ~~zeiquare~~. Indelebilem tamen,
ex opere operato, imprimere Ca-
racterem, per negamus: nec alium
quam de liberrima, & nullis si-
gnis, aut operibus operatis alliga-
ta, Spiritus sancti efficacia, Cara-
cterem agnoscimus.

C A P. V.

Verum hactenus eiusmodi col-
lata vocatio Ordinaria, cui

nisi finem indixeris, vocationem non perfeceris. Est porrò finis iste *Ministerium ordinarium*, quia & vocationis extraordinariæ fuit extra-ordinarium. Ordinarium autem dicimus, quod usitatum, hoc est, quod nihil noui, extroardinarij, aut ad tempus habet: sed de præmissâ Institutione, receptum, ordinarium, ac perpetuum est. Hæc enim Ordinarij (ut extraordinario opponatur) apposita expositio verbi: Usitatum quippe id dicit, quod non nouum, sed olim Institutum & receptum, usu dein tritum & ordinarium euasit. Quia vero Extraordinarium (in præstructis) fit, de nouitate sua, non perpetuum: (nam & omne nouum aliqua ex parte violentum) ideo & Perpetuum, quia non Nouum, Ministerium ordinarium asserere non difitemur.

fitemur. Ergo quodcunque non
Nouum, neque Extraordinarium,
sed durabile, ac perpetuum, voca-
tionis Ordinariæ finis erit, Mini-
sterium. Quod igitur Apostolos at-
que Euangelistas, nulla humani-^{i. Cor. 2. 13}
tus, sed omnia procul ab erroris ^{Gal. 1. 8.}
periculo, Spiritu Sancto authore, ^{A&t. 2. 4.}
autentico prædicare, & scribere
stylo, vides: id quia ad tēpus, me-
ritò fuit extraordinarium. Ad tem-
pus porrò fuisse, & nouitas iubet,
& exitus indicat, & præmissus de
extraordinaria vocatione susti-
nuit tractatus. Denique Aposto-
lis, atque Euangelistis, semel è vi-
uis sublatis, nemini extraordina-
rio illorum succedere datum est
ministerio. Nec sanè Ecclesiæ, &
fidei fundamenta iacere, vel recēs
facta firmare, ab eo temporis, ob-
tinuit quisquam: quia nec amplius

per extraordinariam Institutionis
vocatione, Catholica habuit Insti-
tui Ecclesia. Superest itaque ut or-
dinariè vocati, nō ab omni lapsus
periculo securi, aut prædicationi-
bus autentici esse præsumant: sed
cum timore, ac tremore, propriæ
infirmitatis conscientia, Verbum
Dei, sacrâ litteraturâ habitum, nō
alienum, impertiantur: eiusdēm q.
Verbi sacramenta & sigilla admi-
nistrent, ac de illis fluentem disci-
plinam, tueantur. Id enim demūn
de Apostolico Ministerio reliquū,
atque ordinarium: id inquam Mi-
nisterium est ordinarium, & pro-
ximus, ac proprius vocationis or-
dinariæ finis. Cuius quidem Mi-
nisterij, licet multe sint partes, vnum
tamen illæ vocationis ordinariæ
finem constituunt indiuisum. Nō
enim verbi, à sacramentorum, vel
disci-

disciplinæ administratione, pasto-
ralis recipit apud Euangelium vo-
catio separationem: nec oppidò,
sine verbo sacramenta erunt, quæ
non nisi cum verbo sacramenta
sunt, & sine verbo mutescunt: ne-
que à verbo sacramenta diuellen-
tur, quæ verbi sigilla sunt: neque
item ab his horum paratura eli-
minabitur disciplina. Hæc deni-
que ab ordinario separari Mini-
sterio non capiunt, quæ adæqua-
tum Ministerij subiectum faciūt.
Ut absurdum planè sit vocationē
ordinariam, seu (vt loquūtur) or-
dinem, ad corpus Christi in con-
fectione (quod aiunt) id est Eu-
charistia, proximè terminare. Id
quippe, non veridicū Pastorem,
sed sacrificulm deceptorem, cō-
stituere est: legitimique adeò Pa-
storis, in fine proprio officium

truncare, cuius indiuisæ tum docendi, tum administrandi, tum denique moderandi perstant, in uno Ministerio, partes.

C A P. V I.

CÆTERÙ quia sine obiecto cui ministret, irrita fit omnis administratio: ne frustraneum vocationis ordinariæ cōstituisse videamur Ministerium, huius obiectū attendamus: quod in militanti sese ita profert Ecclesia visibili, ut pluribus indagari non sit necesse: ad hanc enim in vniuersum, vniuersa huius Ministerij porrigitur, & tanquam obiecto proportionato adæquatur, administratio. Bifariam tamē id omnino fit, *Propriè* scilicet, vel *Communiter*. Ordinarius námq; omnis Minister, duplicē Ministerij obtinet prouinciam: alterā quidem

dem propriam, & nulli cōmunem:
ne confusionem Ministerij indis-
creta gignat communitas, si nul-
lum certum, & proprium permit-
tat ministratiōnis terminū: alte-
rā verò cōmunem, ne Iuris ac Mi-
nisterij cum ceteris cōmunionem,
& cōsanguinitatem habere nege-
tur. Cōmunionio enim sicut adinui-
cem membris, atq; Ecclesiis, sic &
Pastoribus prorsus necessaria. Pla-
nè ergo vel proprium est, vel com-
mune ordinarij obiectū Ministe-
rij Proprium, Est Ecclesia particu-
laris, seu grex certus, qui Ministro
ordinario ad proprium assignatur
Ministerium. Nec sanè ordinarius
est Pastor, sine certo, & proprio
grege. Quod verò Ad Gentes ire,^{Mat. 28.19}
Orbem terrarum inter se ad Mini-^{Gal. 2.7.}
sterium partiri, Variis regionibus,^{Tit. 1.5.}
aut Ecclesiis, sine certo, & proprio
^{1.Tim. 1.}
^{5. & 1.Cor.}
^{4.17.}

grege Apostoli, & Euágelistæ pas-
 sūm ministrare prohibétur, Extra-
 ordinariæ id fuit vocationis. Ast
 D. Paulus Ordinarium Ecclesia-
 rum Cretensium ordinans in vo-
 catione ordinem, iubet Titum (nō
 Apostolos, non Euangelistas) sed
~~metropolitopos~~ (nō in regiones, aut diœ-
 ceses) sed oppidatim constitue-
 re. Quod ipsum euincit de ~~metropoli~~
 Apostolicā ~~χριστονείᾳ~~: Barnabas e-
 nim, & Paulus apud Lystram, &
 Iconium, & Antiochiam, crea-
 bant per singulas Ecclesias Presby-
 teros: id autem ~~χριστονείου~~, hoc est
 singularum Ecclesiarum quibus
 esset sacerdos præficiendus, suffra-
 gia, & cōscensum exquirētes. Nec
 ullus sine certo, & assignato grege
 constituebatur, quia nullus citrū
 gregis ~~χριστονείας~~ initiabatur. Istius-
 modi porro cōscensus, nō exami-
 nis,

Tit. 1.5.

Act. 14.23

nis, vel initiationis vices obtinuit,
neq; itē Ius contulit, sed ad finem
assequéendum fuit necessarius. Quia
enim pascēdi certi gregis, vocatio-
ni Ordinarię propriū est officium:
assignandus vtique certus Pastorī
Grex, sicut & Gregi Pastor. Id autē
nō coactè, neq; de solā vocatis, &
mittētis autoritate; nō enim strictā
illā Gregis ad Pastorē, & Pastoris
ad Gregē relationē, tertij cuiusdā
format mādatum, & autoritas: sed
Pastoris ad Gregē, & Gregis ad Pa-
storē, libera, & voluntaria propen-
sio: Mittatur enim ad Gregem Pa-
stor, & à Grege non admittatur;
non erit vtique Pastoris Grex, nec
itidem Gregis Pastor: Quia ni-
mirum fundamentum relationis
Gregis ad Pastorem, est ipsa ad
hunc Pastorem Gregis aggrega-
tio; quæ cùm electionis, & vo-

136 De Legitima Pastorum
luntatis sit (homines enim non
bruta sunt) non nisi voluntate,
per consensum saltem manife-
stata, fit. Quare & certa vocatio-
nem suscipienti assignanda Eccle-
sia , & quò legitimè in assignata
constituatur , necessarius Gregis
est consensus , & obseruanda ~~280-~~
~~vita.~~

C A P . V I I .

Tantum de Obiecto proprio.
Commune verò ipsa est in ge-
nere visibilis Ecclesia , cuius non
particularē modo , sed & gene-
ralem haberi rationem & curam ,
bona Ecclesiæ vult ~~oueris~~. Illam
porrò sibi item vocatio depositit
ordinaria ; nullum quippe prater
ordinarium , in ordinariam Eccle-
siæ administrationem , datum est
Ministerium. Quare & ordinariè
vocatorum generalis etiam fit , &

com-

communis Ecclesiæ cura : non enim generalem , particularis eliminat cura sollicitudinem : vnius siquidem proprietas , plurium nō abhorret communionem : Immo nec quisquam particularis Gregis legitimus Pastor, cuius ad universalis ædificationem Ecclesiæ, symbolica non sit suffragij potestas. Quando enim singuli quicunque ordinariè vocati , iisdem ritibus, & æquali Iure, ex Apostolicâ disciplinâ initiantur : quis Iuris, aut Ministerij illorum disparem, ad commune Obiectum, initurus erit rationem , qui proprium , ad particularem Gregem , non sit eneruaturus Ministerium? Vtrumque enim, & cōmune, & propriū, ab vna Ius ortum habet vocatione: vnde nec alteri, illibato altero, fiet iniuria.

SEd enim perierit, inquis, per nos tota Ecclesiastica Hierarchia, Pastorum siquidem æqualitatem in vniuersum ingerimus, quâ Prelaturam omnē delemus, & inauspicatâ Romanam Ecclesiam turbamus *et magis*. Quò enim Monarchiæ Pontificiæ euasura est his positis authoritas? quò legum, & Canonum illam stabilientium tanta caterua? *Ieſu Christu* sanè (quam vocant) seu potius Ecclesiasticam *oikonomiā*, necessariam ducimus, eámque sanitam tectam, in Ecclesiâ volumus; nec legitimè cōstitutam deturba-
mus. Verùm peruersam omnem, & tyrannicam, audacter repudia-
mus: quo legitimam, de sacris elo-
quiis, discamus, & admittamus, administrationē. Hác porrò, si ab
ouo rem repeatas, & vniuersalis Ec-
clesiæ

eclesiæ vniuersalem iniueris rationem, summam esse, & absolutā S. Scripturæ insinuant, eāmq; in vno Christo ~~Θεον Θρόνῳ~~ collocant, vt pote qui vniuersæ ~~κεφαλὴ~~, & ~~αὐτὸν~~ prohibetur Ecclesiæ: A'ρχπιμηδη~~θ~~ inquam & A'ρχβ~~ασ~~ solus est in æternum. Si ve- rò particularem Ecclesiæ militan- tis, & visibilis (vt par est) species œconomiam, tum istius quidem absoluta in Christo, Christi vsque permanet authoritas, & perpetuus in hanc Christus monarcha. Alte- ram tamen Ministerialem, & huic subalternam, ad visibilis Ecclesiæ, visibile, & ordinariā ædificationē, ordinatā cōperies: de quā nobis in præsentiarū sermo. Hæc vtique in ordinariè vocatis, ipsissimāq; adeò est ordinaria vocatio: quæ cùm v- nam Pastorum cōstituat speciem, nec varios admittat Pastorum

gradus : sed æquales inter se , & e-
iusdem in Ecclesia authoritatis fa-
ciat: monarchica quidem dici nō
potest, quin potius A' eiusdem patrum ad-
mittit rationem ex horum iustis.

C A P . I X .

Quoniam tamen dupli regi-
nitis normâ administrari Ec-
clesiam, ineptum dices, & summū
illud, ac monarchicum Christi re-
gimen solum obseruandum affir-
mabis: atque ut visibili Ecclesiæ
visibiliter appareat, in vicario quo-
dam ex hominibus collocabis:
nec non de semine Aharonis apud
Iisraelem obiicies olim legitimè
constitutum. Nodos istos ut sol-
uam, remque totam pleniùs subii-
ciam (plusculum licet à contracto
theseos instituto discedés) miram
tibi hac in parte, summè sapientis,
ac misericordis Christi, aperiam
œco-

œconomiā. Ipse enim ille qui ex innenarrabili Patris ab æterno generatione Dei filius, nihil homo, & omnia Deus: cùm princeps filiorum Dei fieri statueret, Pontificem illorum, id est Summum in omnia *oikoumēnōn* (id enim Pōtificis nomen facile sonat) constitui oportuit. Quia verò non alius pro hominibus, quām homo Pontificem agere posset: Cùm pueri (id est filij Dei) *participes* sint carnis & sanguinis, ipse quoque consimiliter *particeps* fieri habuit eorumdem: Debuit enim per omnia fratribus similis fieri, ut misericors esset & fidelis Pontifex. Hominē ergo in hunc Pontificatum assu mere, & in vnam personam, serui formam sibi vnire, de immensa misericordiæ suæ abyssō, voluit, ac decreuit. Hinc apud Hedenē ipsum de semine mulieris, hoc est,

Heb. 2.14.

Heb. 2.17.

142 De Legitima Pastorum
humanitate assumendâ , Pontifex
iam à primordio designatus. Ve-
rū menim uero cùm ante plenitu-
dinem temporum formam serui
accepturus non esset , nec priùs
quād dies carnis suæ accidissent ,
Pontificatus sui in carne munus
esset consumpturus : ne interea dū
non adest plenum tempus; vel Ec-
clesiæ suæ , vel suo Pontificis offi-
cio deesset : ita sese ad Ecclesiam
comparauit , & se vnum illius Pō-
tificem præbuit: ut tum nascentis ,
tum adolescentis , singularem ha-
beret Christus Ecclesiæ rationem.
Nascente siquidem apud primæ-
uos homines Ecclesiâ , quò se il-
lius Pontificem præstaret , & fide-
lium in futuram illam ex Pontifi-
cis officio propitiatoriam obla-
tionem , fidem confirmaret: homi-
nem se multis vicibus de incarna-
tionis

tionis præludio, sanctis Patribus
homo apparens, presignauit. Ado-
lescēte porrò Ecclesiā, & in vnam
familiam, vnumque cœtum coa-
lescente, atque ita fortescente: non
iam apparitionibus futurum sese
docuit in carne Pontificem: sed sa-
cramētis de futuro multiplicibus,
& typis, hoc ipsum abundē signi-
ficauit. Ac ne typorum aliquid,
typis vtente deesset Ecclesiæ, Ty-
picum constituit Pontificem, &
vicariam sui presentiam Iisraelitis
in uno concessit, qui de familia
Aharonis cæteris Sacerdotibus
præfigeretur, & summi Pontificis
nostrī secundūm ordinem Melchisede-Heb. 5. 6.
ci in æternū, in consummatione sæcu-
lorum Sacerdotis futuri, exemplar foret,Heb. 10. 26.
¶ umbra. Atque hactenus quidem
Leuitici ratio Pontificis. QuiaHeb. 7. 11.
verò cōsummatio per Leuiticum

Heb. 7.15. sacerdotium non erat, ad instar Melchisedeci exortus est Sacerdos alius, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed ex via indissolubilis vitae. Adueniens itaque

Heb. 9.11. Christus Pontifex futurorum bonorum, nullum Pontificibus reliquum lo-

Heb. 7.28. cum fecit typicis. Lex enim homines constituit Pontifices infirmos: At sermo iurisurandi post legem concepti, filium constituit, qui in eternum est sanctifica-

i. Ioh. 5.5. tus. Hic ille est qui venit per aquam & sanguinem, nempe Iesus Christus. Qui

Phil. 2.6. cum esset in forma Dei, non duxit rapinam parē esse cum Deo: sed ipse se exinanuit, formā serui acceptā, similis hominibus factus, & habitu compertus ut homo. Ut iam non mutuatitiam apparentiam, aut typicam futuri hominis desiderare habeat præsentiam: quin potius iam de præterito homo factus, & in præsenti,

ad

ad æternitatem usque homo verus: hominis sui veritatem, citra typos, aut etiam repræsentatitios vicarios, satis obseruat. Qui enim antè vnitum sibi hominem, vniensis consummandæ signa, & pignerratitios dedit typos, consummationis profectò factæ, veritatem, in vicariis, & repræsentatitiis hominibus, ne quaquam infirmabit.

C A P. X.

Verum enim uero abiiit ipse, & Ioh.
profectus ad Patrem ascendit, & Marc.
sedet ad dextram Dei, antè nouissi-^{19.}
mam diem non redditurus. Siccine
ergo visibili carens Pontifice, vi-
sibilis Catholica degat orba Ec-
clesia? nullo in tanta à visibili Chri-
sto locorum distantia, cōcesso, fal-
tem vicario? His adde quod non
typicum futuri, immo vero perfe-
cti, & consummati Pontificis, ac

Monarchę, vicarium te desiderare
asseris, vt vmbra tiliis illius typi ni-
hil tuæ petitioni præscribat con-
summata veritas: quin magis ne-
cessariam vicarij tui affirmet visi-
bilem præsentiam. Nos verò in
his quoque tibi satisfacere præstò
sumus; Interea tamen ex præstru-
ctis aduerte, nullam pro visibili
Catholico Pontifice necessitatem,
typicum Israelitici Pontificis, &
obsoletum inferre exéplum. Vn-
de vicarios quales consummatus
Christus instituat, & vniuersalis à
Christo admittat Ecclesia, super-
est animaduertendum. Omnipotè
autem vicarium ordinasse Chri-
stum certū est ministerium: Mo-
narchicūmne, an Aristocraticum
sit, id verò quæstio est: quam ta-
men ipsissimæ à Christo circa Ec-
clesiam vicariis concessæ, facile
expedient

expedient vices. Est enim Vicarius is qui circa obiectum proportionatum, à præposito concreditas, subalterno iure exequitur vices: nulla quippe nisi ab absoluto Domino concessa, & obiecto suo proportionata vicarij cuiusquam, legitima est potestas. Cùm itaque à vicibus sit vicarius, & vicarij vices à præpositi vicibus deriventur, atque ad obiecti, id est subditorum rationem proportionentur: tum Domini dispiciendæ vices, tum subditorum sunt inexactæ rationes: ut sic, & à Domino legitimi, & ad subditos idonei instituantur nobis vicarij. Porrò de monarchia nobis quæstio est: Monarchæ autem bifariam omnino attendendæ vices, his siquidem Monarchiam primariò Legibus, Priuilegiis, atque Munitionibus

constituit: deinde verò constituta, ex horū obseruatione & applicatione, conseruat. Vnde vel Constituētes, vel Applicātes Monarchæ sunt quæcūque vices. Iam ergo, si quænā ex istis vicibus, Vicario vtatur, exquiras. Piores quidem, priuilegia, leges, & munitio-
nes, citra vicariam ullam autorita-
tem, propriā & incommunicabili
Monarchæ ~~Extric.~~, stabiliri compe-
ries: Id quippe Monarchiæ funda-
menta iacere est: iaciendorū porrò
Principatus fundamentorum, si
cuiquam cætero à Monarcha Ius
concedas, cum id Absoluti, non
Vicarij sit Iuris, socium planè, non
vicarium, hoc est bicipitem Mo-
narchiam perperam facias. Quare
& Christus (Ecclesiæ citra contro-
uersiā absolutus Monarcha) Prin-
cipatum in Ecclesiā suum, muni-
tionibus

tionibus contra hostes, legibus in-
ter fratres , priuilegiis & immuni-
tatibus supra omnes , perfectè fir-
maturus , mutuatitio nullo, ut illa
cōderet, vsus est Ministerio. Quin
ipse absolute quo pollet iure, ab-
solutè, & per se, ea constituit, quæ
postmodum per Vicarios obser-
uanda, & cōseruanda, Ecclesiæ fuit
traditurus. *Quis enim cognouit men-* Rom. 11.
tem Domini? aut quis consiliarius eius ^{34. & 1.} Cor. 2. 16.
fuit? At verò quod Constitutorum
obseruationem attinet, illius faci-
lè vicariis cōmittitur prouincia: ut
per varias ditionis regiones, quæ
cunque edicto à Monarcha sanci-
ta fuerint, obseruari current: vnde
Paulus, *Sic de nobis reputet homo, ut* ^{1. Cor. 4. 1}
de Ministris Christi , & dispensatoribus
mysteriorum Dei. Sed hactenus de
Cōstituente incommunicabili, ac
cōseruante Communicabili Mo-

narcharum officio: Subditorum
iam hinc rationem ineamus. Illi
profectò, & omnes, & singuli, ad
absolutum vnum monarcham, v-
nus omnino sunt populus: aliter
tamen & aliter, ad Vicariorum
subalternum sese habent ministe-
rium. Velenim vniuersaliter, vel
particulariter sunt considerandi:
vnde & vniuersales quandoque,
& particulares fiunt vicarij. Vni-
uersalis quidem ille est, cuius mu-
tuatitiis vicibus, vniuersalis subia-
cet ad monarchiam pertinens po-
pulus, hoc est, qui Ius idem exten-
siuè (vt loquuntur) in applicando
cum præposito obtinet. Eiusmodi
sanè licet apud seculi principatus
nonnullos recensendi sit copia,
nullum tamen istius generis abso-
lutissima & vniuersalissima Chri-
sti recipit ex hominibus monar-
chia.

chia. Quomodo enim quæ inde à seculo, & in secula, tum in cœlis triumphantum, tum in terris militantum, præsentium simul & futurorum, vna fidelium colligitur familia: hominum alicui in terris adhuc erranti, vel in cœlis etiam quiescenti, moderanda tradatur: cùm nulla adsit illis ad tantam vniuersalitatē *ἀελογία*. Quod si tamen vicarium ad hāc aliquem, beneficiorum Christi applicatorem dari usque vrgeas: Ecce Spiritum Sanctum tanto muneri solum esse idoneum, affirmare non dubitamus. Nam & hic unus cum Christo, Christi vices vniuersaliter unicus obire valet. Atque ut Vicarium Christi illum esse tibi fiat persuasum, *Non à semetipso*, ^{Ioh. 16.13} sed quæcumque audierit, loquitur: & ^{Ioh. 16.14} de eo quod Christi est accipiēs renūciat:

Ioh. 16.13 atque Ecclesiam in omnem dederit veritatē. Verūm istæ spirituales sunt, & internæ ~~spirituātē~~ vices: nobis vero de visibili, & externo Vicario, res est. Quo sit, ut ad particulares, tum subditorum, tū Vicariorum, progrediendum sit considerationes. Particulares illi dicuntur subditi, qui Monarchiæ (quā subiectū populum significat) certam aliquam constituunt partem: vnde & particularis Vicarius is est, qui Monarchiæ partem, Iure subalterno, moderatur. Atque hinc iam aliquod non solum Monarchicum, verūm etiam Aristocraticum, in Monarchia dari posse vicarium facile coligitur Ministerium. Quia enim tales habet Monarchia partes, quæ (qua Monarchiæ sunt) ~~omnes~~ nō sunt, nec eandem admittunt cum toto definitionem: nō erit utique (ut)

(vt Monarchia sit) partium illius necessaria, per Monarchicos Vicarios, administratio. Non enim est de ratione monarchiæ, vt partes etiam ipsæ singulæ Vicario administrarentur monarchico; adeoque, nec (vt ad rem nostram veniamus) absolutissimæ Christi in vniuersalissimâ Ecclesiâ potestatis *uox ad hanc* Vicariorū in particulari Ecclesiæ visibilis administratione, nocet numerus. Ut liquidū sit, ex nostra visibilis Ecclesiæ Aristocratio, duplē non sequi Ecclesiæ vniuersalis regendæ normam. Cæterum particulares istas Subditorum cōsiderationes, unaquæque sibi proprias habet, pro ratione loci vel numeri, monarchia: Quia verò de monarchia Ecclesiastica apud nos quæritur, reliquarum consideratione omissa, ad nostram toti de-

hinc conuertemur. Atque huius deinceps Pastores, legitimos Christi Vicarios, nō inuidioso illo Vicariorum titulo: sed rei ipsi accommodatori, & S. Scripturæ conuenientiori Ministrorum nomine, nuncupabimus. Hanc igitur vni Christo vniuersalissimè subditam Ecclesiam, locorum duplex in duas partes distinguit discrimen: Alteram enim Triumphantem cœli continent, Alteram militantem Terra habet. De militante nobis est sermo: Quam iterum vel Christianam, vel Israeliticam dicere, & hac prætermissa ad illam transire, proposita iubet quæstio: atque de illius (quatenus visibilis est) agendum *excorupia*. Porro visibilem hanc Christianam militantem Ecclesiam, licet comparatè ad vniuersalissimam illam,

Parti-

Particularem esse, & non nisi parti rationem ad Catholicam Christi Monarchiam, habere meritò dicamus. Si tamen ad singulas cuiusque loci, utpote Ephesi, Smyrnæ, & Pergami &c. respexeris Ecclesias: atque ex illarum uno mentis actu facta in vniuersum consideratione, huius totum conflari animaduertas: necnon ad Israeliticam vnius gentis, & regionis Ecclesiam, istius per vniuersum orbem terrarum latè in omnes Gentes ~~ad ipsas~~ diffusam amplitudinē, contuleris; vniuersalem esse numero simul, & loco, non abs recedentes. Atque hæc verè est, quæ vocationis ordinariæ commune illud constituit obiectum, huius, inquam, propriè perquiritur nobis ratio ~~oikouomias~~. Non absolutæ quidē illius quæ penes est Christum;

neque item internæ, & inuisibilis
quæ per efficacissimum peragitur
S. Spiritum: sed externæ, & ordina-
riæ per vicarium ordinariè voca-
torum agéatis ministerium. Cuius
vt ad Ecclesiam proportionem, &
à Christo Ius acceptum recogno-
scamus. Ecclesiæ primò perlustrá-
da ratio, tum postea Christi Insti-
tutio aduertenda: Nam & de ipsius
Ecclesiæ naturâ, atque ex summi
Monarchæ Institutione, Ministri
vices metiri, ex superioribus æquū
est. Quo fit vt duplicem in hac Ec-
clesiæ visibilis ad Ministrum pro-
portionem, habeamus consideratio-
nem: Alteram quâ particularis, &
individua est Ecclesia: Alterâ quâ
vniuersalis est, & totius rationem
ad singulares Ecclesias habet, ad-
eoque indeterminati ad Israeliti-
cam terminatâ Ecclesiam (vt præ-
missis

missis liquet) rationem obtinet. Si igitur illius (quatenus vniuersalis est rationem in eas) cùm vniuersale nullum, quà tale, sit visibile (de visu siquidem carnis, non mentis loquimur) vniuersalē vtique huic proportionari visibilem nefas erit Ministrum: A' d' s' am' enim cum visibili est vniuersale. Quod si ~~in~~ singula in indiuiduis suis tantùm (vt par est) videri habet: atque vniuersalis Ecclesia militans, in singulis visibilibus Ecclesiis, visibilis est: Ministrū omnem, vt visibilis sit, & singula- ri Ecclesiæ (vt ita dicam) visibili- tati proportionetur, per singulas haberi Ecclesiās, Ecclesiæ ipsius natura deposcet. Neque enim vi- sibile ministerium, nisi ad visibi- lem quatenus visibilis est, pertinet Ecclesiam: nec ad Ministrum vi- sibiliter, nisi per visibilia indiui-

dua Ecclesia est proportionata: unde & singularis istiusmodi Ecclesia, propriū ordinariæ vocationis sit obiectum. Quoniam verò vnum quodque indiuiduum totam speciei rationem, definitionēmque in se singulariter continet; ac rursum eandem cum singulis, & omnibus eiusdem speciei indiuiduis, cōmunem habet: ipsa itidem particularis hæc, & indiuidua Ecclesia, totam indiuisibiliter Ecclesiæ rationem penes se habet, definitionēmque illius ita admittit, ut nihil ad Ecclesiæ essentiam pertinens, in hac nō reperiatur. Rursum verò, & totum hoc, cū singulis, & omnibus Ecclesiæ cōmunicat indiuiduis. Quibus fit ut duo aduertendè veniant Ministerorū Ecclesiæ cōsiderationes: Cūm enim necessaria sit inter Ministerum, & Ecclesiā ~~ἀναλογία~~: gemina illa

illa Ecclesiæ cōsideratio , geminā
vtique pariet Ministrorum ad illā
dispositionem. Nam quo modo
singularis illa Ecclesia, totam spe-
ciei rationem in se seruat, sic & hu-
ius legitimus, & proportionatus
quicunque Minister, ac Pastor, to-
tam etiam Pastoris seu Ministri ra-
tionem, & potestatem in solidum
(vt loquitur ille) possidebit. Man-
cus enim, & imperfectus, atq; im-
proportionatus meritò haberetur
ille Minister, qui ad integrum, cir-
ca cōmissam Ecclesiam obeundū
Ministerium, adæquati nō esset, &
integri Iuris. Totam ergo in sin-
gulo quoque Ministro admini-
strationis potestatem agnoscere,
vsque adeò necesse est , vt extra
huiusmodi Ministrum admitten-
dus non sit alius Ministrorū in Ec-
clesia visibili ordinarius gradus.

Verum enim uero quia ex altera illa consideratione, nascitur singularis cuiusque Ecclesiae, cum aliis Ecclesiis, eiusdem rationis, & definitionis communio: Indidem etiam cuiusque Ministri, circa ministerium, & *οἰκονομίαν*, colligetur cum reliquis communitas: talis quippe est Ministrorum ab inuicem, qualis Ecclesiarum inter se ratio: ut quemadmodum Ecclesiae omnes, & singulæ, in unâ Ecclesiae formâ, & professione communiant, Ministri pariter in uno ministerio omnes, & singuli conueniant. Porrò si communis huius ministerij, desideretur Obiectum: illud sanè Ecclesia suppeditabit. Verum ut *ωλόγος* sit, aliud præter Ecclesiæ in communi, ministerij non admittit communias. Quia • verò Ecclesiarum ista communio
Militan-

militantem vniuersalem (de cuius œconomia præsens agitatur nobis quæstio) complectitur Ecclesiam: ministerij vtique militans Vniuersalis Ecclesia, obiectum erit commune. Quod si istiusmodi *κοινωνίας* beneficio, vniuersalis ministerio communiter obiicitur Ecclesia: cùm id totum quod commune est, singulorum etiam, de communionis titulo, fiat communicantium: singuli profectò legitimi quique Ministri, vniuersalis Ecclesiæ in communi, Ministri erunt: sicut (vice versâ) Ministrorum communem, singularis quæque (de reciproca *ἀναλογίᾳ*) participabit Ecclesia administrationem. Atque ita manifestè tandem, tum proprium circa singularem Ecclesiam, tum Commune circa vniuersalem, ministerij ordinarij in

vnoquoque Ministro, reuincitur esse Obiectum: Adeoque (quod quæstioni finem imponit) Monarchica illa militantis Ecclesiæ vniuersalis atque visibilis, citra abso-lutæ Christi iniuriam potestatis, Vicaria respuitur *τεραπνία*. Aristocra-tica verò, tum de pari singulorum Ministrorum potestate, tum de v-nius eiusdémque vniuersalis Ob-iecti communitate, manifesta vel lippientibus fit *οἰκονομία*.

C A P. x i.

Si tamen ab obiecti natura, & Ec-clesia ad Ministeriū *αὐλογία* peti-ta, minus satisfaciūt media: ad au-teticam absolutissimí Monarchæ conuertamur Ministrorum ordi-nariam constitutionem. Per hanc oppidò legitimus est omnis Mini-ster, nec citra hanc vllus Ministe-
Eph. 4.10 rij admittendus gradus. Ille itaque ipse

ipse qui ascendit lōgē supra omnes cælos,
ut impleret omnia: Dedit Ecclesiæ sive
alios quidem Apostolos: alios verò Pro-
phetas: alios Euangelistas: alios Pasto-
res, & Doctores: ad coagmentationem
Sanctorum, ad opus Ministerij, ad ædi-
ficationē inquam corporis Christi. Hæc
visibili & externæ Ecclesiæ, exter-
na, & visibilis à Christo lata œco-
nomia: cuius quæ Apostolorum,
Prophetarum, & Euangelistarum
enumerātur partes; ad extraordina-
riā vocationē, & œconomia perti-
nere, superiora euincūt. Ordinarij
supersunt Pastores, & Doctores,
quorū, siue Doctoribus doctrinā,
Pastoribus verò cū doctrina disci-
plinā simul tribuas, siue etiā vtrū-
que, vt riuisq. (non enim inuicē pu-
gnat) dixeris: Aristocratica cōstat,
& æqualis inter se potestatis œconomica.
Nusquam enim Pontificem, aut

vniuersalem Ecclesiæ Catholicæ
datum, legis ex hominibus Vica-
rium: immo verò authoritatis o-
mnem, ac Iuris sublimitatem, gra-
dusve prominentiam, ab ipsorum
Apostolorum cœtu, Christus eli-
minauit.

Lut. 22.
24. *Orta námque contentione in-
ter eos, quis eorum videretur esse ma-*

Matt. 20.
25. *ior: Quum eos aduocasset, ait, Scitis*

*Principes Gentium in eas dominari, &
qui magni sunt licentia uti in eas. Ve-
rūm non ita erit inter vos: sed quicun-
que voluerit inter vos magnus fieri, sit
vester minister: & quicunque voluerit
inter vos primus esse, sit vester seruus.
Quod ut facilius percipias, à maio-
ri ad minus ducto sic illustrat ar-
gumento: Si filius hominis (quà sci-
licet filius hominis est) non venit ut
sibi ministraretur, sed ut ministraret,
Quomodo (infer) dominium af-
fectabitis vos, qui illius discipuli
demum,*

demùm, & Apostoli estis? Hoc porrò præceptorum domini sui, fidelis facile interpres D. Petrus, exemplo suo apertè declarauit. Ne enim authoritatem in ceteros Ecclesiæ Pastores, Pastor ipse, sibi arrogare videretur συμπεσθύτεροι Presbyterorum & Ecclesiæ Pastorum, 1. Pet. 5. 1. sese profitetur. Quod ipsum abudè ~~ad eis~~ docet Apostolica: cùm enim plures essent, & vocationem extraordinariam singuli obtinerent, in Concilium quidem ita cō- Aa. 15. uenerunt, ut nullus inter illos Iuridica cæteris autoritate maior emineret. Denique Monarchicum illum potestatis inter Ecclesiæ Ministros gradum, Christus negat. S. Scriptura nescit, Apostoli silent, & vnicum carnis peperit superclium.

Sed age nunc ad ordinariam tādem reuertamur vocationem. Illa vtique de præmissis emergit Vna, Vera: & instantūm Vera quātūm Vna: tantūm Vna quantum Vera: quia veritas in vnitate, vnitatis in veritate: veritas & vnitatis in præmissa vocationis Institutione: præmissa Institutio, vnitatis & veritatis in vocatione norma: sic enim prout ordo à suo principio, similiter & vocatio veritatem accipit, & specié. Atenim uero quia apud homines beatum nihil omni ex parte: nec vocationis veritatem, aut vnitatē, magis quam de prauationem, aut restaurationem persequi instituti nostri est, bifariā omnino dispungenda venit hæc vocatio. Consideratur siquidē illa, vel in *Abstracto*, & extra subiectū, seu

seu vocatum: vel in *Concreto*, seu in
subiecto, & vocato. *Vocatio* qui-
dē in *Abstracto*, vna est, vera, cor-
ruptionis expers, magisque, & mi-
nus nescia. In *Concreto* verò, non
aliud quidem ab abstracta, verun-
tamē quia in subiecto recipi atque
existere habet, varias experitur à
subiecto affectiones, magisque &
minus passim patitur. Etenim cū
Subiecti, ad *Adiectum* proportio,
& adæquatio, sit adiecti norma (si-
cūt recipiens recepti) Subiectum
verò huius vocationis præter ho-
minem nullum detur, quia nec
aliud ullum proportionetur: pro-
portio rursum hæc naturalis cùm
homini non sit (utpote quæ non
semper nec omnibus insit) sed
dispositionis tota sit: Utique iux-
ta vocandi hominis dispositio-
nem recipi, & in illo existere,

sequitur vocationem. Dispositio
porrò quia varia existit, & magis
vel minus disposita fit, magis item
vel minus vocationē recipit. Qua-
re & in subiecto, id est in Concre-
to, magis, vel minus vocatio erit.
Atque ita vtcunque vocatio per se
vna sit, & in Abstracto intentionē,
vel remissionem non admiserit; in
Cōcreto tamē affectionibus mul-
tis, atque adeò defectibus, partici-
pabit. Istud tamen minimè misū,
cūm potissimum purissima illa, &
maximè omnium vna, & vera, hæc
eadem experiatur, si homini con-
cedatur, inquinamenta veritas. Ec-
ce primitus concessam primæ-
uis hominibus fidei, & religio-
nis veritatem: mox ex orbe vni-
uerso, ad Noachum vnum con-
tractam, & dein in corruptâ il-
lius prosapiâ labascentem, ac iam-
iam

iam euanidam : tandem in Abrahamo , ex singulari Dei misericordiâ, habes restauratam. Sed & apud Israelem ipsum , non sine ab hominibus labe , commorata veritas. Impio enim (ut vnum de multis proferam) regnante apud Ieruschalaimas Achazo , eisque insane deuentū idololatriæ , ut cōgregans Achaz , instrumenta domus Dei , frangeret instrumenta domus Dei , & occluderet fores domus lehouæ , faceretque sibi altaria , in unoquoque angulo Ieruschalaimis. Nec tanti reus sacrilegij vnicus Achaz. Nam præ-
2. Chron.
 uaricati sunt patres nostri , & facientes
28.24.
 quod malum videtur in oculis Dei nostri , dereliquerunt eum : & auertentes faciem suam à tabernaculo lehouæ , opposuerunt ceruicem : etiam occluserunt fores porticus , extinxeruntque lucernas , & suffitū non adoleuerunt : deniq; holocaustū

non obtulerunt in sancto , Deo Iisraelis,
ut confitebatur apud Sacerdotes
& Leuitas restaurator Iechizkija.
Grauissimas porrò veritatis Euangelicæ, per homines, ruinas; tum
noui Testameti prophetauit haud
fallax S. Spiritus: tum prophetiarum
interpres docuit ac docet existus. Sed haec tenus de Veritate hæc
quæcunque deliquia sumus prosequuti, indiuisibili ab illâ voca-
tioni censeo deputâda. Nunquam
enim vim passa Euâgelica veritas,
intemeratâ vocatione: neque læsa
vocatio, illibatâ veritate.

C A P . X I I I .

CÆterum cum omne quod ce-
cidit resurgere habeat, nec re-
surgat nisi quod stetit, neque stet
nisi quod ortum, & Institutum est:
Ortum sanè, & Statum, atque Ca-
sum, vocationi cōpetere superio-
ribus

ribus cū animaduerterimus, Resurrectionē insuper illi tribuere iustum erit. Atq; ita vocationis Ortu in Institutione: Statum in Cōseruatione: Casum in defectione: Resurrectionē in Restauratione, animaduertemus: vnde quadripartita vocatio fiat Ordinaria. Erit enim quæcunq; vocatio ordinaria, vel Instituta: vel Cōseruata: vel Defecta: vel deniq; Restaurata. Sic népe, cùm vocatio Extraordinaria epithetis supra distincta sit Actiuis, ab effectis, scilicet: Passiuishác, vt effectá, diuidi terminis oportet. Quanquá istam, quia per Institutionē, Conseruationē, Defectionē, & Restaurationis actionē Instituta, Conseruata, Defecta, & Restaurata fit: Institutionis etiā Cōseruationis, Defectionis atque Restaurationis vocationē passim dicere nō pigebit.

AD singularem itaque horum
accedamus probationem: &
prima quidē Orte per Institutio-
nem vocationis esto. Hæc est vo-
catio ordinaria, quæ per extraordinarię
vocatum Instituta oritur. Etenim vo-
catio ordinaria, ordinata cum sit,
nec æterna, & à se sit (fuit enim
quando non erat, & vt esset incipe-
re habuit) ab extrà vtique esse suū
habebit, & originem ab alio acce-
perit: non tamen ab ordinarię vo-
cato traduxerit: sic enim, & antè se,
& à se esset, quæ in eo per quē fie-
ret, priùs quàm esset, existeret: er-
go ab alio; non eo autem Iure vo-
cationis destituto, igitur ab extra-
ordinarię vocato. Extra vocatio-
nem enim, vocationis apud ho-
mines, non est dare Ius: neq; citra
ordinariam alia præterquam quæ

extra

extra ordinem est vocatio. Istiusmodi verò originis, & Institutio-
nis, triplex de sacris paginis suppe-
tit exemplum: Naturæ vnum: Le-
gis alterum: Euāgeliij postremum.
Vt cunque enim vocatio ordina-
ria ad ipsam in genere Ecclesiam,
vna sit, pro externâ tamen Eccle-
siæ trifariam mutatâ formâ, tripli-
cem sortita est Institutionis variâ
originem. Nam & prima vocatio,
per immediate vocatum, & plas-
matum Adamum, Ecclesię natu-
raliter agenti, naturali modulo
orta: Altera in Aharone, & filiis,
per extraordinarium Moschem,
Ecclesię Legi seruienti, de Legis ri-
tu concessa: Postrema denique, po-
stremo in seculo, Apostolis imme-
diatè vocatis, perennibus atque E-
uangelicis à Christo præceptis, tra-
ditur Instituenda.

AD Conseruatam iam progre-
diamur, Est autem vocatio or-
dinaria, quæ qualem ab origine institu-
tionem accepit, talem illibatam in cursu
seruat. Per istius vocationis cur-
sum, continuam, & inruptam ab
originis, & institutionis puritate
durationem, & statum, intelligi-
mus: Illibatam verò esse eò dici-
mus, ut quamque quomodo cun-
que ab Institutionis origine defi-
cientem, de hac classe repudia-
tum: & eam tantùm quæ in origi-
nis puritate perduret, qualis ferè
quæ proximo ab Institutione vi-
get tempore, & qualem Aharonem,
Elhazarem, atque Itamarem
apud Israelem Sacerdotes con-
seruasse, sacra colligere dat histo-
ria, admittendam doceamus. Cæ-
terum quoniam Conseruationem
istam

istam peruerso nonnulli de suc-
cessione traducunt ordine; vnde
& passim hanc Conseruationis vo-
cationem, Successionis nomine
nuncupari audias: præter rem id
fieri hinc aduerte. Etenim cùm
successio, sit ex defectu prece-
datis, per subsequentem occupatio-
vocationis autem huius nullus sit
defectus, quia nec ab Institutione
regressus: nulla profectò illius pro-
priè dicetur successio: quin magis
deficientibus succendentium suc-
cessio erit vocatorū: *necesse enim est* ^{Heb. 7.23}
plures fieri Sacerdotes, quia mors prohi-
bet eos permanere: plures vero fieri
nusquam auditum vocationes. Quo-
niam tamen nulla sine vocato ap-
paret vocatio, inde errori locus,
Adiuncto, quod Subiecti est, inui-
sa theologicis proprietatibus, tri-
buens ~~metropolitam~~. Sed id per transennā.

Conseruationi proximè cōtra-
ria instat vocatio Defectionis,
quæ est vocatio ordinaria Institutio-
nem suam non conseruans, sed ab illa
deficiens. Deficit autem ab Institu-
tione, quodcunque vitiatam tenet
originem. Vocationi verò tale vi-
tium accidere posse, & accidisse,
retro demonstratū, & pluribus hic
perputandum. Quia enim vitio-
rum, & defectionis ingrata est tur-
pis illa confessio, ad viuum res no-
bis resecanda, & quibus modis de-
fectus isti contingant, sigillatim
inquirendum: quò, & quanta, &
quā multa vocationi accidat de-
fectio, fiat perspicuum. Omnipotē
autem tot modis deficit, quot sta-
tuitur vocatio. Aliundè siquidē nō
delinquit, quā vnde cōstat: ut quo
modo ab Agete, seu vocāte legiti-
mo

vocato idoneo recipitur vocatio,
sic ab iisdem defectum aliquem
patientibus vitietur. A Vocante
quidem quandiu vocatio in fieri
est (ut loquuntur) à Vocato vero,
tum in fieri, tum quando est in fa-
cto esse. Vocanti igitur, & Vocato
defectus qui contingent persequi
operæ pretium est. Nulli porro
sunt in vocante, vel vocando de-
fectus, nisi quorum adfuit, vel
adesse debuit, habitus. Sed legitimi
habitus vocantis (ut prius de
isto constet) in Iure, & officio seu
actione, sunt positi: ergo vel Iuris,
vel actionis, illius erunt defectus.
Iuris defectus sunt, vbi vocans Ius
vocandi non habet. Quod bifa-
riam euenit: vel quia nunquam
habuit, ut Mica, de quo Iudicum
17.5. vel quia perdidit. Perditur ve-
ro Ius vocationis, quo modo &

vocatio, de quibus infra. Actionis autē defectus sunt, quibus leges, & ritus, diuinitus in vocatione cōferenda constituti, à vocātibus nō obseruantur, vtputa Examen, eiūsque partes, atque alia id genus, ad officium vocātis pertinētia. Quod ipsum aut ex omissione, aut etiam ex depravatione accidit, quando scilicet vel additur, vel detrahitur, vel denique prorsus diuinæ reiiciatur obseruatio cōstitutionis: quale nobis in defectione Iacobhami, &
^{1. Reg. 12.}
^{31. &c 13. 33} Israelis, amplum corruptæ Sacerdotum illorum initiationis, sacra pagina suppeditat exemplum.

C A P. xvi.

Sed hactenus prior ab Agéte defectio, à Subiecto dehinc posterior trutinanda. Defectio à subiecto, per defectus, & vitium vocati contingit. Vocato autē defectus, & vitia totidem accidunt, quot

ex legitima ad vocationem suscipiendam proportionē, habitus vel dispositiones requirūtur. Habitus porrò, & dispositiones apertè satis præmissa de vocandorū Examine quæstio, suo loco declarauit. Horum quicunque defectus vocationis pro modulo pariunt defectiōnē: quod ex ipsa defectuum istorū ad illos habitus oppositione facile liquet: tibi tamē ab istiusmodi oppositorum collatione, ut parcas, & vocationi quot, & quāti bellū indicat defectus ob oculos fiat: particularē illorū instituere nō pigebit censū. Contrarij itaq. vocationi à vocato defectus, vel *Animi* sunt, vel *Corporis*. Corporis quidē defectus, aut vocationi ex Lege tātum aduerſatur, aut ex Euāgelio simul & Lege illi opponūtur: Ex Lege sola vocationi inimica sunt, *mēbroſū vitia*, ^{Leuit. 23.} _{17.}

1. Reg. 12. & genealogia Leuitica negatio, adeoq;
 & Iechez.
 44. 7. & 25. etatis anni non integra assequu-
 Hezze 2. tio. Ex Euágelio simul ac lege per-
 61. perpetuū sexus fōmineus repudiū di-
 Num. 8. 24.
 1. Cor. 14. cit. Tantū de defectibus corporeis,
 34. & 1. Tim. 2. 12 quibus, si vocationis candidato ad
 fuerint, vel vocationem priùs ob-
 tinenti acciderint, planè prohibe-
 tur, vel deletur vocatio : frustrà
 quippe, aut corpore vitiato, aut
 genealogiā priuato, aut etiam vi-
 ginti quinque annos nondum na-
 to, Iisraelitos omnes consecran-
 diritus applies ; vel applicatos, si
 qui istiusmodi defectus postea ac-
 ciderint, requiras. Fōeminam verò
 nullo vñquam tuo studio, legiti-
 mè initiatam efficies.

C A P. XVIII.

Quod Animum vero attinet,
 sicut Animi habitus, sic & de-
 fectus, vel Morum sunt, vel Doctri-
 nae.

na. Huius rursum multæ sunt par-
tes. Nam cùm in eius qui vocatio-
ne donandus sit examine, veræ do-
ctrinæ cognitio, eiusdémque tena-
citas, desideretur: In eo verò qui
vocationem iam obtinuerit, eius-
dem doctrinæ administratio, &
administrationis sinceritas requi-
ratur: vocationi vtique, tū de co-
gnitionis, vel tenacitatis defectu,
tum de administrationi contin-
gentibus vitiis, quamplurimæ na-
scētur defectiones. Sic enim igna-
rus omnis doctrinæ, expers manet
vocatione; & cuius doctrina titu-
bat, vocatio quoq; vacillat. Quo-
niam autem tria potissimum hæc
doctrina docet: Fidei nempe Veri-
tatem, Sacramentorum Significa-
tiæ, & Disciplinæ Iustitiam: tri-
bus item administratio huius do-
ctrinæ maximè constat: Prædica-

182 De Legitima Pastorum
tione scilicet Verbi, ad fidē ex veri-
tate docendū: Sacramentorū exhi-
bitione, ad ea quæ credita sunt, ex
sigillorū significatione cōfirman-
dum: Disciplinæ deniq; exercitio,
ad eorū quæ ex Iustitia præcepta
sunt obseruationē procurādū. In-
de triplex quoq. defectuū vocatio-
nē oppugnatiū suggeritur gradus:
vnus quidem ex ea quæ præter, vel
cōtra fidē contingit prædicatione:
alter de illâ quæcūq; vel in Signis,
vel in Significātia sacramentorum
corrupti prodit exhibitiōe: tertius
tādem qui de peruersa iustorū dis-
ciplinæ præceptorum critur exerci-
tatione: Primi gradus exēplum Sa-
cerdotes illi ē ciuitatibus Iehudæ
2. Reg. 13. suppeditāt, quorū cùm labia obser-
8. uare debuissent scientiam, & lex requi-
renda esset ex ore eorum: Idololatræ fa-
cti sūt & errarunt à Deo, sequuti sterco-
reos Deos, illisq; adoleuerunt: hi ná-

que eò quòd fœdus Leuiticū, hoc
est vocationē, in iis quæ fidei sunt,
violassēt: à Sacerdotio abstēti sunt:

Nec offerre in altari Iehouæ Ieruschala-
limis deinceps illis est concessū. In
Iisraeliticos verò Sacerdotes apud
Hoscheam sic inuehitur Iehoua,

Quia tu sciētiam spreuisti, spernam quo- ^{Hosch. 4.}
que te, ne sacerdotio fungaris mihi: quia ^{6.}

oblitus es legis Dei tui, obliuiscar filiorū
tuorū ego quoq. Apud Cor. itē D. Pau ^{1.} Cor. ^{2.}
lus plerosq; verbū Dei adulterātes, & ^{17.} Pet. ^{2.1.}

posteriori Epist. D. Petrus falsa docē-
tes, de legitimè vocatorū cōsortio,

reiiciūt: Vt hinc etiā hæreticos om-
nes, fidei veritatē euertētes, voca-
tionis suæ quoſcūq; titulos hæresi-

suā eradere, meritò omnibus sit in
cōfesso. Secūdi gradus defectum,

duo illi de filiis Aharonis, Nadab ^{Leu. 10. 1.}

& Abihu, periculo suo satis illustrāt.

Cū enim oleum vunctionis Iehouę
super eos esset, vt Deo in igne sacro

184 De Legitima Pastorum

adolerét, alienū ignē quod nō præcep-
rat eis Iehoua offerre præsumperūt.

Quapropter exiens ignis à conspectu
Iehouæ, exanimauit eos, ita mortui sunt
coram Iehoua. Postremū verò susti-

Iirm. 6. 15. nent, Prophetæ & Sacerdotes illi qui
currant contritionem filiæ populi mei, se-
cundum curationē mali leuiculi, dicēdo,
pax, pax, et si nulla est pax, quique non
fecerunt ut erubesceret quum abomina-
tionem fecerunt, neque ipsi prorsus eru-
bescunt, neque ignominia afficere sciunt:
idcirco cadent cum cadentibus, tempore
quo visitabo illos corruent, ait Iehoua.

Iescha.
66. 10. Et apud Ieschaiā, Speculatorē istius
(populi scilicet) cæci, quo quot sunt nō
agnoscunt, quotquot sunt canes sunt mu-
ti, non possunt latrare: temporī seruiunt,

Phil. 3. 18. iacent, amant dormitionē. Sic lachry-
mabundus ad Philipp. D. Paulus,
Multi incedunt, quos saepe dixi vobis,
nunc autē & flens dico, hostes esse cru-

cis

*cis Christi: quorum finis est exitium: quo
rum Deus est venter, & gloria cū confu-
sione ipsorū, qui terrestria curāt. Hi pau-
cis Sal infatuatum Christo dicútur.*

Mat. 5.13.

C A P. X I X.

Vitium ergo de doctrinæ defe-
ctibus cōtrahere iam hinc li-
quet vocationē. Morumverò quā-
tū illi noceat, videre est corruptio.
Vniuersa porrò Morū labes & cor-
ruptio, Moralis Legis speculo dispi-
cienda: vt quæcunq; post hāc legē
prohibentur, & dānantur, si vocan-
do adsunt, vel vocato accidūt, ipsā
iuxta delicti grauitatē, vel arceant,
vel labefactēt, vocationem. Istorū
autem delictorum, & numerū, &
gradus, parūm ad nostram rem fa-
cientes, breuitatis caussā præteri-
mus. Satis enim fit nobis, si voca-
tionem, tum Corporis, tū Doctri-
næ, tuin deniq; Morū vitiis, vitiari

constet. Id tamen inter se defectus
isti discrepant, quod Corporei, ex
Instituto; Doctrinæ, Per se: Morū, Ex
Consequēti, vocationē aduersantur.
Qui enim vocationis leges sumo
quo valet Iure dedit: cū de vniuer-
sīs quidem istis defectibus passim
cauerit, de Corporeis tamē solā vi-
legis, & statuti sui cautum voluit.

Doctrinæ verò defectus Per se vo-
cationē offendunt. Quia enim do-
ctrinæ puritas de essentiâ Ministre-
rij est, eius quippe materia: Doctri-
nam si peruersas, vocationē oppi-
dō peruersam habebis. Neq; illud
quidē Per accidens, Per se enim id
doctrinæ peruersitas efficit, quod
eò quod est, facit. Nā cùm hęc doctri-
næ corruptio, priuatio sit, & voca-
tionis istud vitium ex priuatione
oriatur: eo sanè quod erit (si tamen
esse priuationi cōgruit) vocationi
corru-

corruptio ista nocebit. Quod si eò
quod est, ergo Per esse, si per esse,
vtique Per se. C A P. XX.

Mores autem quod attinet, cū
non sint de essentiâ vocatio-
nis, neq; ad Ius vel Ministerium il-
lius nisi ex *Consequenti* pertineat: vo-
cationi certè nō nisi ex *Cōsequēti*,
vel proderunt integri, vel nocebūt
corrupti. Quia enim Ecclesiæ ædi-
ficiatio vocationis est finis: Ecclesiæ
porrò ædificandæ mēbra, id est fi-
deles, non Iuridicâ modò, & legiti-
mâ administratione ædificātur, sed
ministrantis etiā moribus, & exé-
plo plurimūm mouentur; nō parū
ad Ecclesiæ ædificationem boni, ad
ruinam mali, vocatorum faciunt
mores. Etenim si Ministeriū pro-
bū, reprobi comitantur Mores Mi-
nistri, quantis putas tentationū flu-
etibus conscientiam æstuare, hoc
exemplo, popularem? quādo quod

Ministerium adstruit, Mores destruunt, & quod prædicatio loquitur, cōuersatio ementitur. Vtique propter istiusmodi transgressores, *Nomen suum blasphemari conqueritur apud Ieschahiam Iehoua :* &

*Iescha.
52.5.*

2. Cor. 6. 3. Nullum villa in re præbere scandalum, ne vituperetur Ministerium, vocatos D. Paulus hortatur. Quanquā ergo vocationem ex Moribus metiri propriè non liceat, quia tamen per malos mores scandalum datur, Ecclesiæ ædificatio destruitur, & vocationis efficacia retunditur; vocationem ex Consequenti, Morum lædit corruptio.

C A P. X X I.

VOcationem itaque, tum ex Instituto, tum Per se, tum denique Ex consequenti, multos liquet oppugnare defectus. Sed enim quoniam Iure, ac Ministerio,

Douporum uim monitumque origi-
tan-

tanquam partibus suis integrantibus vocatio cōstat: Defectus verò Corporis, Doctrinæ, vel Morum, ad Ministerium tantùm, nō autem ad Ius pertinent: Solum Ministerium his defectibus labefactari, integro manente interea Iure, dicat aliquis. Quia verò vocationis potestas omnis, in Iure posita sit, adeò ut potestate manente, maneat & ipsa vocatio: vocationē istiusmodi defectibus, vel nihil, vel pauxillum esse quod vitietur, arguat: & eum qui vocationis Ius aliquando acceperit, nulla, vel Corporis, vel Morum, vel etiam Doctrinæ, à Iure semel suscepto, decidere iniuria. Ne igitur vocationis defectus probè non attigisse videamur, illorū duplex ineunda ratio: illi siquidē vel ut Sunt, vel ut manifesti fiunt, considerantur: vocatio enim vel reipsa

corrumpitur, vel corrupta talis mā
nifestatur, & damnatur. Quanquā
ergo defectus isti, quatenus sunt,
Ministerium solum deprauare vi-
deantur, Ius tamen ipsum minimē
non offendunt. Nam cūm nullum
Ius ad malum sit, quia neq;
(ex A-
postolo) potestas nisi ad ædificationem,
8. & 13. 10. non autem ad destructionem data sit, nec
vocati possunt quicquā aduersus ve-
ritatem, sed pro veritate: quandoqui-
dem omnes isti Ministerij defectus
Malum sunt, ad hos sanè Ius non
erit. Nec oppidò Iuridicè, & ex le-
gitima potestate, ruinam, aut men-
daciū suō quisquam Ministerio
obtulerit. Quod si ad Malum &
defectus istos non est Ius, cūm de-
fectus isti sint eorum ad quos Ius
erat habituum, priuatio: vtique ex
illorum priuatione habituum, Iu-
ris item traxerint priuationem, at-
que

que ruinam. Ut perspicuum sit,
istiusmodi defectibus , & in Iure,
& in Ministerio , deprauari voca-
tionem.

C A P . x x i i .

VErūm quia quandiu latent
isti defectus , tandiu Iuris in-
tegri habetur vocatus : nec antē
vocationem corrupisse dicitur,
quām corruptio ipsā manifeste-
tur: idcīrcō quid defectibus , ma-
nifestatione ista afferatur , consi-
derandum. Manifestatio porrò
hæc non fit citra *Iudicium*: nec ma-
nifestati defectus & vitia , citra
damnationem iudicantur: nec alij
iudicant aut dānant, quām qui po-
testatem habent. Potestatem verò
damnādi iidem soli habent, qui &
initiandi: eorū quippe est reiicere,
quorum admittere: dānare, quorū
dare. Quò fit, vt vocatio, quæ vitiū

cōtraxerit, per vocationis potestate
habentes, de vitiositate, & corru-
ptione sua, ex Iudicij norma, mani-
festetur: manifestata iustè damne-
tur. Nō tamen damnata priùs quā
manifestaretur: nec manifestata
priùs quām corrumperetur: nec
corrupta nisi ex præmissis defecti-
bus. Defectus igitur illi sunt, qui
vocationem propriè corrumpunt:
Ac sanè vitium propriè, non Iudi-
cium, vocationi est iniurium: illo
námq; vocatio corruptitur, hoc
illius corruptio manifestatur de-
mūm, & damnatur.

C A P. XXII.

CÆterum *Quanta* existat voca-
tionis defectio supereft vide-
re. Ad hoc autē Totaliter quidē illa,
vel Partialiter, considerari habet. Si
totaliter deficere dicas, tum tota-
lis erit vocationis defectio, quā totū
voca-

vocationis corruptione usque obtinen-
te, defecerit. Si verò partialiter, tum
in parte aliquâ, vel in pluribus defe-
ctum patietur. Quod si præterea
Quam multa sit hæc eadem defe-
ctio, nosse desideras: utramque
quidem & Totalem & Partia-
lēm illam, tum uniuersaliter, tum
particulariter expendi habere dici-
mus. Quanquam si Uniuersali-
ter totalem illam considerauer-
is, cum totum vocationis, in o-
mnibus & singulis vocatis, illa de-
leat, atque ita omnem omnino ab
Ecclesia contrà Dei promissiones
vocationem eliminet: illam esse
posse, aut aliquando accidisse, in-
ficias imus. Sin autem particulari-
ter an accidat scisciteris, ita ut in
vno, vel pluribus vocatis, per im-
mensos, & multiplices defectus,

Totaliter vocatio deficiat, id difficultissimum opinamur.

CAP. XX. IDEMq. ad hanc

AT verò Partialem, & vniuersaliter, & particulariter contingere, in promptu est. Nam cùm partialis defectio, partem aliquā, vel plures vocationis afficiat: vniuersalitas autem omnes, & singulos vocatos, in vniuersum comprehendat. Si omnes simul, & singulos ordinariè vocatos, in uno, vel pluribus vocationis suæ partibus, aliquando defecisse exemplis subiiciatur: tum Partialem vniuersaliter contingere vocationis defectionem, certò constabit. Id porrò, quæ obtinente <sup>z. Chroa.
28.19.</sup> pud Ieruschalaimas Achaz irrepsit

psit præuaricatio : & quæ (Mana-^{2. Chron.}
 sche atque Amone super Iehudam
 regnantibus , inualuit defectio :
 quam denique omnibus etiam prin-^{2. Chron.}
 cipibus Sacerdotum & populi , quam-
 plurima præuaricantibus præuarica-
 tione secundūm omnes abominationes
 Gentium : polluentibus domum Iehouæ
 quam sanctificauerat Ieruschalaimis ,
 Babylonica vltæ est deuastatio :
 plus satis vel legenti demonstrant.
 Nullibi enim existere potuit in-
 tegra vocatio , quæ postquam Ia-^{1. Reg. n.}
 robbhami idololatria apud decem^{28.}
 Tribus deprauata , & Schalimane-^{2. Reg.}
 seris transportatione de Israele de-^{17. 3. 18. 19. 20. 21.}
 leta fuisset : apud vniuersum Ie-
 hudam tantos defectus pateretur.
 Christianus verò orbis , vtcunque
 Catholicus , vniuersam tamen , iu-
 xta prophetias Apostolicas , sen-^{2. Thess. 2.}
 & Apoc.

sunt sine sensu gliscentem, magno
suo malo aliquandiu fouit istius-
modi ~~annos~~: quæ per manife-
stam Antichristi tyrannidem, &
veritatis, ac disciplinæ Euange-
licæ multiformem in vniuersis
corruptionem, satis in propatu-
lo est.

C A P. x x v.

PArticulariter vero contingit
Partialis defectio, quando unus
vel plures vocati, in aliqua vel plu-
ribus vocationis partibus, peccant. Sic
Leu.10.1 peccarunt Nadab, & Abihu, vo-
cationem in Totum quidem, &
singulis partibus non perueren-
tes, sed igne alieno ministrantes:
1.Schem. Chophni verò & Pinchas Heli sum-
2.17. mi Sacerdotis filij, quia fernebant
munus Iehouæ, in vocationem im-
pege.

pegerunt. Ex ipsis autem Miletini
 presbyteris exituros qui loqueren-^{A&20.}
 tur peruersa , nec parcerent gregi , præ-
 uidit D. Paulus : necnon *Hyme-*^{2. Tim. 2.}
næum, atque *Philetum circa veritatem*^{17.}
 aberrasse à scopo (ac proinde voca-
 tione) dicentes *resurrectionem iam*
esse factam, ad Timotheum suum
 scribens , idem Paulus asseue-
 rat.

C A P . X X V I .

Sed hactenus satis multa de in-
 grata vocationis corruptela: re-
 media dehinc exquirenda. Non
 aliud porrò ad ruinam quam *Re-
 stauratio* remedium , nec alia à rui-
 na & corruptione liberata , quam
 quæ *Restaurata* vocatio. Restau-
 ratam ergo aduertamus vocatio-
 nem , quæ est *vocatio ordinaria* , per

Ius Restaurationis habentes, à defectione, ad originis suæ integritatem reuocata & restituta. Quàm multipliciter verò id fiat, defectionis prælibatæ suggesterunt distinctiones. Cùm enim de Defectione nascatur Restauratio, quia & restaurationem omne quod deficit desideret: nec nisi deficiens restauretur quicquam: de defectionis utique multiplicitate, multiplicem colligere vocationis restauracionem, iustum erit.

C A P. x x v i i .

Quemadmodum ergo totalis nulla data est defectione, sic nec erit Restauratio: Restaurari enim non capit quod nunquam extiterit, nedum corruerit. Sed medicinæ patiens sequitur vocatio-

nis partim deficientis restaurandus gradus: qui & vniuersalis, & particularis obseruat distinctionem, vnde & vniuersalis, & particularis exigitur vocationis partim deficientis restauratio. Quorum quidem particularis est qua partes vocationis in uno vel pluribus vocatis vi- tia, per Ius initiationis habentes, ad originalis Institutionis integritatem, reducuntur. Huius veritatem atque necessitatem restorationis, Su- spensionibus, Abstentionibus, aut etiam Depositionibus suis, recta & or- dinaria Ecclesiasticae affatim pro- bat disciplinæ ~~regulæ~~. His siqui- dem per eosdem qui ordinariam vocationis potestatem obtinent, præsenti vitio, & defectui mulcta infligitur, & ad Ministerij sui pu- ritatem, ex correctione vocatus

300 De Legitima Pastorum
reducitur: vel etiam, illo ob ni-
mios defectus deposito, in aptio-
rem alium vocatio transfertur, at-
que ita Restauratur.

C A P . XXVIII.

VNIERSALIS VERÒ RESTAURATIO,
Est vocationis in omnibus, &
singulis vocationem ordinariam profi-
tentibus, ex parte corruptæ, ad primor-
dialem integratorem per Ius habentes
reductio. Qui porrò Ius habeant,
hic meritò aduertendum. Quia
enim qui dicit omnem, nullum
excipit, & qui nullum à Defe-
ctione excipit, neminem inté-
grum seruat: ad Restorationem
verò deficiens nullus, & corru-
ptus, Ius habet: quia Defectionis
nullum est Ius: nec laborantis,
medicinæ confectio. Nullum si-
nè,

nè, ordinariè vocatum, vniuersaliſ Ius habere Restaurationis, fit manifestum. Si ergo, ſine Iure, non eſt Restauratio: neque Ius yllum, ſine vocatione: nec adeò præter Ordinariam, alia eſt quam Extraordinaria vocatio: cùm ordinariè vocatorum nemo, ad vniuersalem Restaurationem, Ius habeat; extra ordinem vocatos ſupererit prodire Restauratores. Eiusmodi porrò ſacris Scripturis traduntur *Iekizkija*, *Iofchiya*, *Zerubbabel*, *Iofchuah*, *Hezra*, Evangelici denique illi ex Apocalypſi *Testes*: de quorum extraordinaria, ad Restaurationem cultus diuini, atque adeò vocationis, apud Israeliticam, Christianamque Ecclesiā, fuſcitione, ſuperioribus ſatis multa. Restau-

ratam autem illorum Ministerio vocationem ordinariam , quam pluribus S. Sancta veteris Testamenti testatur historia: Et noua, nouissimorum temporum , nouissimis his momentis , propheticarum noui foederis interpres, docet nos experientia : quando ea quæ quia futura erant, nunciabantur , quia facta videmus , reconoscimus.

* *

*

F I N I S.



